tia. Triturabis montes et
cōminues: et colles quasi
puluerē pones. Ventilabis
eos: et ventus tollet: et tu
bo disperget eos. Et tu exulta
bis in dn̄o: et in scō isrl' le
beris. Egeni et pauperes q
runt aquas. et non sunt.
lingua eorū siti aruit. Ego
dn̄s exaudiā eos: deus isrl'
nō derelinquā eos. Aperiā
in supinis collibz flumina
et in medio campoR fontes
Ponā desertū in stagna
aquarū: et terram inuia
in riuos aquaR. Dabo i
solitudine cedrū: et spina
et mirtū et lignū oliue. Po
nam in deserto abietē. ulmū
et buxū simul: ut videant
et sciant et recogitent et in

gant pariter: quia manus
dñi fecit hoc. et scūs isrł crea
uit illud. Prope facite iudici
ū vrm̄ dicit dn̄s: afferte si
quid forte habetis dixit rex
iacob. Accedant et nūcient
vobis: q̄cūq; ventura sunt.
Priora que fuerūt nūciate:
et ponemus cor nr̄m et sci
emus nouissima eor: et
que ventura sūt indicate
nobis. Annūciate que ven
tura sunt in futurū: et scie
mus quia dii estis vos. Be
ne quoq; aut male si po
testis facite: et loquamur et
videamus simul. Ecce vos estis
ex nichilo: et opus vrm̄ ex
eo qđ non est. Abhominati
o est qui elegit vos. Susci
taui ab aquilone: et veniet
ab ortu solis. Vocabit no
men meū: et adducet ma
gistratus quasi lutū: et ve
lut plastes conculcās humū.
Quis āunciauit ab exordi
o ut sciamus: et a principio ut
dicamus iustus es? Non est
neq; annūcians neq; p̄dicēs:

neq; audiens sermones vr̄os.
Primus ad syon dicet. ecce
assum: et ihrlm̄ euāgelistā
dabo. Et vidi et non erat ne
q; ex istis quisq̄ qui iniret
consiliū: et iterrogatus respō
deret verbū. Ecce omnes iniusti
et vana opa eor: ventus et
inane simulachra eorū. Ca xlii.

Ecce seruus meus
suscipiā eū: electus
meus cōplacuit
sibi in illo anima mea.
Dedi spm̄ meū sup eum:
iudiciū gentibz proferet.
Non clamabit neq; acci
piet psonā: neq; audietur
foris vox eius. Calamum
quassatū non cōteret: et
linū fumigans nō extin
guet. In veritate educet iu
diciū. Non erit tristis neq;
turbulētus. donec ponat
in terra iudiciū: et legē eius
insule expectabūt. Hec di
cit dn̄s deus creans celos
et extendens eos. firmans
terrā et que germināt ex
ea: dans flatū ppło qui est

sup eam. et spm̄ calcātibus
eam. Ego dn̄s vocaui te ī
iusticia: et apphendi manū
tuā. et seruaui et dedi te in
fedus ppl'i in lucē gentium:
ut aperires oculos cecorū. et
educeres de cōclusione vinctū:
de domo carceris sedentes in
tenebris. Ego dn̄s: hoc est
nomē meū. Gloriā meam
alteri non dabo: et laudem
meā sculptilibꝫ. Que pͥma
fuerant ecce venerūt: noua
quoqꝫ ego annūcio: anteq̄
oriantur audita vobis faciā.
Cantate dn̄o canticū nouū:
laus eius ab extremis terre.
Qui descenditis in mare et
plenitudo eius: insule et ha
bitatores eaꝝ. Subleuetur
desertū et ciuitates eius: in
domibꝫ habitabit cedar.
Laudate habitatores petre:
de vertice montiū clamabūt.
Ponēt dn̄o gloriā: et lau
dem eius in insulis nūcia
buīt. Dn̄s sicut fortis egre
dietur: sicut vir pliator sus
citabit zelū. Vociferabitur

et clamabit: sup inimi
suos cōfortabitur. Tac
semp silui: paciens fui: s
ut parturiens loquar.
Dissipabo et absorbebo
sil'. desertos faciā mōtes
sos et colles: et omē gra
eoꝝ exsiccabo. Et ponā flu
mina in insulas: et stag
na arefaciā. Educā cecos
via quā nesciunt: in semi
tis quas ignorauerūt am
bulare eos faciā. Ponā
tenebras corā eis in lucem
et praua in directa. Hec
verba feci eis: et non dereli
eos. Cōuersi sunt retrorsu
Confundantur cōfusione
confidūt in sculptili: qui
dicūt conflatili vos dii
Surdi audite: et ceci intue
iui ad videndū. Quis ce
nisi seruus meus? Et surd
nisi ad quē nūcios meos
nisi. Quis cecus: nisi qui
venūdatus est? Quis
nisi seruus dn̄i? Qui vide
multa: nōne custodies?
Qui apertas habes aures

nõne audies? Et dñs vo
luit ut sanctificaret eum: et
magnificaret legẽ et extol
leret. Ipse aũt ꝑplus direp
tus et vastatus. Laqueus
iuvenũ omñes: et in domibꝫ
carcerũ absconditi sunt.
Facti sunt in rapinã. nec est
qui eruat: in direptionẽ:
et non est qui dicat redde.
Quis est in vobis qui au
diat hoc. attendat et auscul
tet futura? Quis dedit ĩ di
reptionẽ iacob. et isrl' vastã
tibꝫ? Nõne dñs ipe cui pec
cavim⁹? Et noluerũt in viis
eius ambulare: et nõ au
dierũt legẽ eius. Et effudit
sup eum indignationem
furoris sui: et forte bellum.
Et combussit eum in cir
cuitu et non cognovit: et
succendit eũ et nõ intellexit.
Et nunc Ca. xliij
hec dicit dñs cre
ans te iacob: et
formans te isrl'. Noli timẽ
quia redemi te: et vocavi
te noĩe tuo. Meus es tu.

Cum trãsieris per aquas
tecũ ero: et flumĩa nõ ope
rient te. Cum ambulaveris ĩ
igne. non cõbureris. et flã
ma non ardebit in te: quia
ego dñs deus tuus sçs isrl'
salvator tuus. Dedi ꝓpici
ationẽ tuã egiptũ: ethiopi
am et saba pro te. Ex quo
honorabilis factus es ĩ ocu
lis meis et gloriosus: ego di
lexi te. Et dabo hoĩes pro te:
et ꝑplos pro anima tua. No
li timẽ: qm tecũ ego sũ. Ab
oriente adducã semen tuũ:
et ab occidente cõgregabo
te. Dicã aquiloni da: et aus
tro noli ꝓhibere. Affer filios
meos de longinquo: et filias
meas ab extremis terre. Et
omnẽ qui ĩvocat nomen
meũ. in gloriã meã creavi
eum: formavi eum: et feci
eum. Educ foras ꝑplm ceci
et oculos habentẽ: surdũ.
et aures ei sunt. Omñes gẽ
tes cõgregate sũt simul:
et collecte sunt tribꝫ. Qs
in vobis annũciet istud?

et que prima sunt audire
nos faciet? Dent testes eo-
rū et iustificetur. et audiāt
et dicant. Vere vos testes
mei dicit dn̄s. et servus me-
us quē elegi: ut sciatis et
credatis michi: et ītelliga-
tis quia ego ipse sum. An-
te me non est formatus deus:
et post me non erit. Ego
sum. ego sum dn̄s: et nō
est absq; me salvator. E-
go annūciavi et salvavi:
auditū feci: et non fuit in
vobis alienus. Vos tes-
tes mei dicit dominus: et ego
deus. Et ab inicio ego ipse:
et non est qui de manu me-
a eruat. Operabor: et quis
avertet illud? Hec dicit do-
minus redemptor vester: scūs
isrl'. Propter vos emisi baby-
lonē: et detraxi vectes univ-
sos. et chaldeos in navibz
suis gloriātes. Ego dn̄s
scūs vester: creans isrl' rex
vester. Hec dicit dn̄s qui
dedit in mari viā: et in a-
quis torrētibz semitā. Q-

eduxit quadrigā et equū:
agmen et robustū. Simul
obdormierūt nec resurgēt.
Contriti sunt quasi linū:
et extincti sunt. Ne memi-
neritis prior: et ātiqua ne ī-
tueamini. Ecce ego facio no-
va: et nunc orientr. Utiq;
cognoscetis ea. Ponam in
deserto viā: et in invio flu-
mina. Glorificabit me
bestia agri. dracones et
struciones: quia dedi in de-
serto aquas. flumina in
invio: ut darē potū popu-
lo meo electo meo. Popu-
lū istū formavi michi:
laudē meā narrabit. Nō
me invocasti iacob: nec la-
borasti in me isrl'. Non
obtulisti michi arietem
holocausti tui: et victimis
tuis non glorificasti me.
Non te servire feci in ob-
latione: nec laborē tibi
pbui in thure. Non emis-
ti michi argento calamū:
et adipe victimar̄ tuarū
nō inebriasti me. Verūp̄

tamen servire me fecisti in peccatis tuis: prebuisti michi laborem in iniquitatibus tuis. Ego sum. ego sum ipse qui deleo iniquitates tuas propter me: et peccatorum tuorum non recordabor. Reduc me in memoriam: et iudicemur simul. Narra si quid habes: ut iustificeris. Pater tuus primus peccavit: et interpretes tui prevaricati sunt in me: et contaminavi principes sanctos. Dedi ad internecionem iacob: et israel in blasphemiam. Ca. xliiii.

Et nunc audi iacob serve meus: et israhel quem elegi. Hec dicit dominus faciens et formans te: ab utero auxiliator tuus. Noli timere serve meus iacob: et rectissime quem elegi. Effundam enim aquas super sitientem: et fluenta super aridam. Effundam spiritum meum super semen tuum: et benedictionem meam super stirpem tuam. Et germinabunt inter herbas: quasi salices iuxta preterfluentes aquas. Iste dicet domini ego sum: et ille vocabit in nomine iacob. Et hic scribet manu sua domino: et in nomine israel assimilabitur. Hec dicit dominus rex israel: et redemptor eius dominus exercituum. Ego primus et ego novissimus: et absque me non est deus. Quis similis mei? Vocet et annunciet: et ordinem exponat michi. ex quo constitui populum antiquum. Ventura et que futura sunt annuncient eis. Nolite timere: neque conturbemini. Ex tunc audire te feci et annunciavi: vos estis testes mei. Numquid est deus absque me. et formator quem ego non noverim? Plastes ydoli omnes nichil sunt: et amantissima eorum non proderunt eis. Ipsi sunt testes eorum: quia non vident neque intelligunt. ut confundantur. Quis formavit deum: et sculptile conflavit ad nichil utile? Ecce omnes participes eius confundentur. Fabri enim sunt ex hominibus. Convenient omnes: stabunt et pavebunt et confundentur simul. Faber

ferrarius lima operatus est: in
prunis et in malleis forma
uit illud. et operatus est in bra
chio fortitudinis sue. Esuri
et et deficiet: non bibet a
quam et lassescet. Artifex lig
narius extendit normam. for
mauit illud in runcina: fecit
illud in angularibus. et in cir
cino tornauit illud: et fecit
ymaginem viri. quasi speci
osum hominem habitantem in do
mo. Succidit cedros: tulit
ylicem. et quercum que stete
rat inter ligna saltus. Pla
tauit pinum quam pluuia
nutriuit: et facta est homi
bus in focum. Sumpsit ex eis et
calefactus est: et succendit
et coxit panes. De reliquo
autem operatus est deum: et ado
rauit. Fecit sculptile: et cur
uatus est ante illud. Me
dium eius combussit igni: et
de medio eius carnes comedit.
Coxit pulmentum et satura
tus est: et calefactus est et
dixit. Vah calefactus sum:
vidi focum. Reliquum autem

eius deum fecit: et sculptile
sibi. Curuatur ante illud et
adorat illud: et obsecrat di
cens. Libera me: quia deus
meus es tu. Nescierunt neque
intellexerunt. Obliti enim
sunt. ne videant oculi eorum
et ne intelligant corde suo.
Non recogitant in mente su
a: neque cognoscunt neque sen
tiunt ut dicant. Medietatem
eius combussi igni: et coxi
super carbones eius panes.
Coxi carnes et comedi: et
de reliquo eius ydolum faci
Ante truncum ligni procid
Pars eius cinis est. Cor in
sipiens adorauit illud: et
non liberauit animam suam
neque dicet forte mendaciu
est in dextera mea. Memen
to horum iacob et israel: quo
seruus meus es tu. Formau
te. Seruus meus es tu
israel: non obliuiscaris mei
Deleui ut nubem iniquitat
tuas: et quasi nebulam
peccata tua. Reuertere ad me
quoniam redemi te. Laudate

quoniam fecit dominus: iubilate extre
ma terre. resonate montes
laudationem. saltus et omne
lignum eius: quoniam redemit
dominus iacob: et israel gloriabi
tur. Hec dicit dominus redemptor
tuus: et formator tuus ex
utero. Ego sum dominus faciens
omnia. extendens celos solus
stabiliens terram et nullus
mecum. Irrita faciens signa
divinorum: et ariolos in fu
rorem vertens. Convertens sa
pientes retrorsum: et scientiam
eorum stultam faciens. Susci
tans verbum servi sui: et con
silium nunciorum suorum complens.
Qui dico ierusalem habitabe
ris: et civitatibus iuda edi
ficabimini: et deserta eius
suscitabo. Qui dico profundo
desolare: et flumina tua are
faciam. Qui dico cyro pastor
meus es: et omnem volunta
tem meam complebis. Qui dico
ierusalem edificaberis: et templo
fundaberis. Capitulum xlv
H
ec dicit dominus christo
meo cyro: cuius

apprehendi dexteram ut subiciam
ante faciem eius gentes. et dor
sa regum vertam. Et aperiam
coram eo ianuas: et porte non
claudentur. Ego ante te ibo: et
gloriosos terre humiliabo.
Portas ereas conteram: et vec
tes ferreos confringam. Et da
bo tibi thesauros abscon
ditos et archana secretorum:
ut scias quia ego dominus qui
voco nomen tuum deus israel:
propter servum meum iacob. et
israel electum meum. Et vocavi
te in nomine tuo: assimila
vi te. et non cognovisti me.
Ego dominus et non est amplius:
extra me non est deus. Ac
cinxi te et non cognovisti
me: ut sciant hii qui ab
ortu solis. et qui ab occi
dente quoniam absque me non est
deus. Ego dominus: et non est
alter. Formans lucem: et cre
ans tenebras. Faciens pa
cem: et creans malum. Ego
dominus faciens omnia hec. Ro
rate celi desuper et nubes plu
ant iustum: aperiatur terra

et germinet saluatorē: et
iusticia oriat͛ simul. Ego do
minus creaui eū. Ve qui cō
tradicit factori suo: testa de
samijs terre. Nūquid dicit
lutū figulo suo quid facis:
et opus tuū absqꝫ manibꝫ
est? Ve qui dicit patri q͛d
generas? et mulieri quid
parturis? Hec dicit dn̄s scs̄
isrl̄ plastes eius. Ventura i
terrogate me sup filios me
os: et sup opus manuū me
arū mādate michi. Ego feci
terrā: et hoīem sup eā creaui
ego. Manus mee tetenderūt
celos: et omī milicie eorū mā
daui. Ego suscitaui eū ad
iusticiā: et omēs vias eius
dirigā. Ipē edificabit ciuita
tem meā: et captiuitatē meā
dimittet. nō in p̄cio. neqꝫ in
muneribꝫ dicit dn̄s exercitu
ū. Hec dicit dn̄s. Labor egip
ti. et negociatio ethiopie &
sabaim viri sublimes ad
te transibūt: et tui erūt. Post
te ambulabūt: vincti ma
nicis pgent: et te adorabūt

te qꝫ deprecabūt. Tantū in te
est deus: et nō est absqꝫ te de
Vere tu es deus absconditus
deus isrl̄ saluator. Confusi
sunt et erubuerūt omnes
simul: abierūt in cōfusio
nem. fabricatores erroꝝ. Isr
saluatus est in dn̄o salu
eterna. Non cōfundemini et
non erubescetis. usqꝫ in sec
scli. Quia hec dicit dn̄s cre
ans celos: ipse deus form
terrā et faciens eam: ipse
plastes eius. Non inanē
creauit eā: ut habitaretur
formauit eam. Ego dn̄s: et
non est alius. Non in ab
condito locutus sum: in
loco terre tenebroso. Non
dixi semini iacob: frustra
nite me. Ego dn̄s loquens
iusticiā: annūcians recta.
Congregamini et venite: et
accedite simul. q͛ saluati
estis ex gentibꝫ. Nescierūt
qui leuant signū sculpt
re sue: et rogant deū non
saluantē. Annūciate et ve
nite: et cōsiliamini simul

auditū fecit hoc ab initio?
Et tunc p̄dixi illud. Nūqͥd
non ego dn̄s: et non ē ultͣ
deus absq̄ me? Deus iust⁹
et saluās. non est p̄ter me.
Cōuertimī ad me et salui
eritis omēs fines terre: qͥa
ego deus et non est alius.
In memetipo iuraui: egre
dietᷣ de ore meo iusticie ver
bū. et non reuertetur: quia
michi curuabit omīa ge
nua. et iurabit omīs ligua
Ergo in dn̄o dicēt iurando:
mee sunt iusticie et imperiū.
Ad eum venient: et cōfun
dentᷣ omēs qui repugnāt
ei. In dn̄o iustificabitur et
laudabitᷣ omē semen isrl'.

Confractus⁹ Ca. xlvi
est bel contritus
est nabo: facta
sunt symulachra eor̄ besti
is et iumentis. Onera ves
tra graui pondere usq̄ ad
lassitudinē contabuerūt
et cōtrita sūt simul: non
potuerūt saluare portan
tē: et aīa eor̄ in captiuita
tē ibit. Audite me domus
iacob. et omē residuū dom⁹
isrl': qui portamī a meo v
tero. qui gestamī a mea vl
ua. Usq̄ ad senectā ego ipse:
et usq̄ ad canos ego porta
bo. Ego feci et ego ferā: et ego
portabo et saluabo. Cui as
similastis me et adequastis:
et cōparastis me. et fecistis
simile? Qui cōfertis aurū
de sacculo. et argentū statera
pōderatis: conducētes auri
ficem. ut faciat deū. Et proci
dunt et adorant. Portant
illū in humeris gestantes:
et ponentes in loco suo. Et
stabit: ac de loco suo non
mouebitᷣ. Sed et cū clama
uerint ad eū non audiet:
de tribulatione nō salua
bit eos. Mementote illud:
et fundamī. Redite p̄uari
catores ad cor. Recordamī
prioris seculi: qͥn ego sum
deus. et nō est ultra deus:
nec est similis mei. Annū
cians ab exordio nouissi
mū: et ab initio que necdū

facta sunt: dicens. Consi
liū meū stabit: et omīs vo
lūtas mea fiet. Vocans ab
oriente auē: et de terra lōgīq
qua virū volūtatis mee. Et
locutus sum et adducā illud:
creaui et faciā illud. Audite
me duro corde: qui longe
estis a iusticia. Prope feci
iusticiā meā. nō elōgabit:
et salus mea nō morabit.
Dabo in syon salutē: et in
isrl' gloriā meā. Cap' xlvii.

Descende sede ī pul
uere virgo filia ba
bilonis. sede ī tra:
non est soliū filie chaldeorum:
quia ultra nō vocaberis mol
lis et tenera. Tolle molā: et
mole farinā. Denuda turpi
tudinē tuā: discoopi hu
merū. reuela crura: transi
flumina. Reuelabit ignomi
nia tua: et videbit opprobri
ū tuū. Vltionē capiā: et nō
resistet michi homo. Redēp
tor nr̄ dn̄s exercituū: nomē
illius sanctus isrl'. Sede ta
ce. et intra in tenebras filia
chaldeorum: quia nō voca
ris ultra dn̄a regnorum. Ira
sum sup p̄plm meū: con
minaui hereditatē meā: et
di eos in manu tua. Non
posuisti eis misericordias.
Sup senem aggrauasti iu
gū tuū valde: et dixisti. In
sempiternū ero dn̄a. Nō po
suisti hec sup cor tuū: neq
recordata es nouissimi tu
Et nūc audi hec delicata e
habitās cōfidenter: que di
cis in corde tuo. ego sum:
non est p̄ter me āplius. N
sedebo vidua: et ignorabo
sterilitatē. Venient tibi duo
hec subito in die una: steri
litas et viduitas. Uniuersa
venerūt sup te ꝓpter multi
tudinē maleficiorum tuorum: et p
duriciā incantatorū tuorū v
hementē. Et fiduciā habui
sti in malicia tua: et dixisti.
non est qui videat me. Sa
entia tua et sciētia tua hec
decepit te: et dixisti in corde
tuo. Ego sum: et p̄ter me n
est altera. Veniet sup te ma

lū: et nescies ortū eius: et ir
ruet sup te calamitas. quā
non poteris expiare. Veniet
sup te repente miseria quā
nescies. Sta cum īcantatori
bꝫ tuis. et cum multitudīe
maleficioꝝ tuoꝝ in quibus
laborasti ab adolescentia
tua: si forte quid ꝓsit tibi:
aut si possis fieri fortior. De
fecisti in multitudine cōsi
lioꝝ tuoꝝ. Stent et salvent
te augures celi. qui contem
plabant̄ sydera. et supputa
bant menses: ut ex eis ānū
ciarent ventura tibi. Ecce
facti sunt quasi stipula:
ignis combussit eos. Non
liberabūt animā suam de
manu flāme. Non sunt pru
ne quibꝫ calefiāt: nec focus
ut sedeant ad eū. Sic facta
sunt tibi: ī quibuscūq; la
boraveras. Negociatores
tui ab adolescētia tua unus
quisq; in via sua erravit:
nō est q̄ salvet te.
Audite Ca' xlviii.
hoc domus iacob

qui vocamini noīe isrl': et de
aquis iuda existis. Qui iu
ratis in noīe dñi. et dei isrl'
recordamini: non in veritate
neq; in iusticia. De civitate
enim scā vocati sunt: et su
p deum isrl' cōstabiliti sunt.
Dñs exercituū nomen eius.
Priora ex tunc ānūciavi:
et ex ore meo exierūt: et au
dita feci ea. Repente operat'
sum: et venerūt. Scivi enī
quia durus es tu: et nervus
ferreus cervix tua. et frons
tua erea. Predixi tibi ex tūc.
antequā venirent indicavi
tibi: ne forte diceres. ydola
mea fecerūt hec: et sculptili
a mea et cōflatilia mādā
verūt ista. Que audisti: vi
de omnia. Vos aūt nō ānū
ciastis. Audita feci tibi no
va ex tūc: et cōservata que
nescis. Nunc creata sunt.
et non ex tunc. et ante di
em et non audisti ea: ne
forte dicas. ecce cognovi
ea. Neq; audisti neq; cog
novisti: neq; ex tūc aperta

est auris tua. Scio enim quia
prevaricans prevaricaberis:
et transgressorem de ventre vo
cavi te. Propter nomen meum lon
ge faciam furorem meum: et lau
de mea infrenabo te ne inte
reas. Ecce excoxi te. sed non quasi
argentum: elegi te in camino
paupertatis. Propter me propter
me faciam ut non blasphe
mer: et gloriam meam alteri non
dabo. Audi me iacob: et israel
quem ego voco. Ego ipse. ego
primus: et ego novissimus.
Manus quoque mea fundavit
terram: et dextera mea mensa est
celos. Ego vocabo eos: et
stabunt simul. Congregamini omnes
vos: et audite. Quis de eis an
nunciavit hec? Dominus dilexit
eum. Faciet voluntatem suam in ba
bilone: et brachium suum in chal
deis. Ego. ego locutus sum et
vocavi eum: adduxi eum. et di
recta est via eius. Accedite
ad me: et audite hoc. Non
a principio in abscondito lo
cutus sum: ex tempore antequam
fierent ibi eram. Et nunc dominus

deus misit me: et spiritus eius.
Hec dicit dominus deus redemptor
tuus sanctus israel. Ego dominus deus
tuus docens te utilia: gub
ernans te in via qua ambulas.
Utinam attendisses mandata
mea: facta fuisset sicut flu
men pax tua. et iusticia tua
sicut gurgites maris: et fuis
set quasi arena semen tuum:
et stirps uteri tui ut lapilli
eius. Non interisset: et non
fuisset attritum nomen eius a
facie mea. Egredimini de ba
bilone: fugite a chaldeis: in
voce exultationis annunciate
auditum facite hoc: et ferte il
lud usque ad extrema terre.
Dicite redemit dominus servum
suum iacob. Non sitierunt in
deserto cum educeret eos. Aquam
de petra produxit eis: et scidit
petram et fluxerunt aque. Non est
pax impiis dicit dominus.

Audite insule: et
attendite populi de lon
ge. Dominus ab utero vo
cavit me: de ventre matris mee
recordatus est nominis mei. Et

posuit os meū quasi gladi
um acutū. In umbra man⁹
sue protexit me: et posuit
me sicut sagittā electā. In
pharetra sua abscondit me:
et dixit michi. Seruus me⁹
es tu israel: quia in te glo'i
abor. Et ego dixi. In vacuū
laboraui: sine causa et va
ne fortitudinē meā consūpsi.
Ergo iudiciū meū cū dn̄o: ⁊
opus meū cum deo meo. Et
nūc dicit dn̄s formans me
ex utero seruū sibi. ut reducā
iacob ad eū: et isrl' nō cōgre
gabit'. Et glorificatus sum
in oculis dn̄i: et deus meus
factus est fortitudo mea. Et
dixit. Parū est ut sis michi
seruus ad suscitandas trib⁹
iacob: et feces isrl' cōuerten
das. Dedi te in lucē gentiū:
ut sis salus mea usq₃ ad ex
tremū terre. Hec dicit dn̄s
redēptor isrl' scūs eius. ad cō
tēptabilē animā. ad abho
minatā gentē: ad seruū do
minoꝝ. Reges videbūt ⁊ cō
surgent principes: et adora
bunt ꝓpter dn̄m quia fidel'
est: et scm̄ isrl' qui elegit te.
Hec dicit dn̄s. In tēpore pla
cito exaudiui te: et in die sa
lutis auxiliatus sum tui.
Et seruaui te et dedi te i fed⁹
ppli: ut suscitares terrā. et
possideres hereditates dissi
patas: ut diceres hys qui
vincti sunt exite: et hys qui
in tenebris reuelamini. Sup
vias pascent': et in omnib₃
planis pascua eoꝝ. Non e
surient neq₃ sicient: et non
percuciet eos estus et sol: q̄a
miserator eoꝝ reget eos. et
ad vite fontes aquaꝝ pota
bit eos. Et ponā omēs mō
tes meos in viam: et semi
te mee exaltabūt'. Ecce isti
de longe venient: et ecce illi
ab aquilone et mari: et isti
de terra australi. Laudate
celi et exulta terra: iubilate
mōtes laudē: quia cōsola
tus est dn̄s ppl'm suū. et pau
perū suoꝝ miserebit'. Et dix
it syon. Dereliquit me dn̄s:
et dn̄s oblitus est mei. Nū

quid obliuisci potest muli
er infantē suū? ut nō mise
reat̄ filio uteri sui? Et si illa
oblita fuerit: ego tamē nō
obliuiscar tui. Ecce ī manī
bus meis descripsi te: muri
tui corā oculis meis semp.
Venerūt structores tui: de
struētes te et dissipātes a te
exibūt. Leua in circuitu o
culos tuos et vide: omnes
isti cōgregati sunt. venerūt
tibi. Viuo ego dicit dn̄s.
q̄a omnibȝ hijs velut orna
mēto vestieris: et circūdabis
tibi eos quasi sponsa: q̄a
deserta tua et solitudines
tue. et terra ruine tue. nunc
angusta erunt pre habita
toribus: et lōge fugabūt
qui absorbebant te. Adhuc
dicent in auribȝ tuis filii
sterilitatis tue. Angustus
michi est locus: fac spaciū
michi ut habitē. Et dices ī
corde tuo. Quis genuit mi
istos? Ego sterilis et nō pa
riens. trāsmigrata et cap
tiua: et istos quis enutri

uit? Ego destituta et sola
ta: et isti ubi hic erant?
Hec dicit dn̄s deus. Ecce le
uo ad gentes manū meā:
et ad ppl̄os exaltabo signū
meū. Et afferēt filios tuos
in vlnis: et filias tuas sup
humeros portabūt. Et erūt
reges nutricij tui: et regine
nutrices tue. Vultu in terrā
demisso adorabūt te: et pul
uerē pedū tuorū lingēt. Et
scies quia ego dn̄s: super
quo non confundentur qui
expectant eū. Nūquid tolle
a forti preda? aut qd̄ capti
fuerit a robusto saluū esse
poterit? Quia hec dicit do
minus. Equidē et captiuita
a forti tollet: et quod abla
tū fuerit a robusto salua
bit. Eos vero qui iudicaue
runt te ego iudicabo: et fi
lios tuos ego saluabo. Et ci
babo hostes tuos carni
bȝ suis: et quasi musto sā
guine suo inebriabunt.
Et sciet omnis caro quia e
go dn̄s saluans te: et re

demptor tuus fortis iacob.

H[ec] dicit Capl' l.

dūs. Quis ē hic liber repudij matris v̄re: quo dimisi eam? Aut quis est creditor meus: cui vendidi vos? Ecce ī iniquitatibus v̄ris venditi estis: et in sceleribus v̄ris dimisi matrē v̄ram: quia veni. et non erat vir: vocavi et non erat qui audiret. Numquid abbreviata et parvula facta est manus mea: ut non possim redimē? Aut non est in me virtus ad liberandū? Ecce in increpatione mea desertū faciā mare: ponā flumina in sitim. Cōputrescēt pisces sine aqua: et morient̄ in siti. Induam celos tenebris: et saccū ponā operimentū eorum. Dūs dedit michi linguā eruditā: ut sciam sustentare eū qui lapsus est verbo. Erigit mane. mane erigit michi aurē: ut audiā quasi magistrū. Dūs deus aperuit

michi aurē: ego autē non cōtradico: retrorsū nō abij. Corpus meū dedi percutientibus: et genas meas vellentibus. Faciem meā non averti ab increpantibus et conspuentibus in me. Dūs deus auxiliator meus: ideo nō sum cōfusus. Ideo posui faciē meā ut petrā durissimā: et scio qm̄ nō confundar. Iuxta est qui iustificat me. quis cōtradicet michi? Stemus simul. Quis est adversarius meus? Accedat ad me. Ecce dūs deus auxiliator meus: quis est qui cōdēpnet me? Ecce omēs quasi vestimentū cōterent̄: tinea comedet eos. Quis ex vobis timens dūm: audiens vocē servi sui? Quis ambulavit in tenebris: et nō est lumen ei? Speret ī nōie dūi: et innitat̄ sup deū suum. Ecce omēs vos accendentes ignē accincti flāmis. Ambulate in lumine ignis v̄ri: et in flāmis quas succendistis. De manu mea factū ē hoc

vobis: in doloribz dormietis.
Audite me Ca° li.
qui sequimini qd
iustū est: et qritis
dnm. Attendite ad petram
unde excisi estis: et ad cauer
nā laci de qua pcisi estis. At
tendite ad abraham prem
vrm. et ad sarā que peperit
vos: quia vnū vocaui eū.
et benedixi et multiplicaui
eū. Cōsolabit̄ ergo dns syō:
et consolabit̄ omēs ruinas
eius. Et ponet desertū eius
quasi delicias: et solitudi
nē eius quasi ortū dni. Gau
diū + leticia inueniet̄ in ea:
graciarū actio et vox lau
dis. Attēdite ad me pplus
meus. et tribus mea me au
dite: quia lex a me exiet: +
iudiciū meū in lucē pplorū
requiescet. Pe est iustus me
us: egressus est saluator
meus: et brachia mea pplos
iudicabunt. Me insule exp
tabunt: et brachiū meū sus
tinebunt. Leuate in celū o
culos vros. et videte sub tra

deorsū: quia celi sicut fum
liquescet. et terra sicut vesti
mentū atteret: et habitato
res eius sicut hec interibu
Salus autē mea in sempi
ternū erit: et iusticia me
non deficiet. Audite me q
scitis iustū: pplus lex me
in corde eorū. Nolite time
opprobriū hoīm: et blas
phemias eorū ne metuati
Sicut eī vestimentū sic co
medet eos vermis: et sicut
lanā sic deuorabit eos ti
nea. Salus autē mea in
sempiternū erit: et iusti
a mea in gnationes gna
tionū. Consurge consur
ge: induere fortitudine
brachiū dni. Consurge si
cut in diebz antiquis: in
generationibz seculoru
Nūquid non tu percussisti
suprbū: vulnerasti draco
nem: Nūquid non tu sic
casti mare: aquā abyssi
vehementis: Qui posuisti
profundū maris viā: ut
transirent liberati. Et

qui redempti sunt a dño re
uertentur. et venient in syon
laudantes: et leticia sempiterna
super capita eorum. Gaudium et
leticiam tenebunt: fugiet dolor
et gemitus. Ego ego ipse con
solabor vos. Quis tu ut ti
meres ab homine mortali.
et a filio hominis. qui qua
si fenum ita arescet? et oblitus
es dñi factoris tui. qui teten
dit celos et fundauit terram?
et formidasti iugiter tota di
e a facie furoris eius. qui
te tribulabat. et parauerat
ad perdendum? Ubi nunc est
furor tribulantis? Cito ve
niet gradiens ad aperien
dum? et non interficiet usque ad
internecionem: nec deficiet
panis eius. Ego autem sum
dñs deus tuus qui contur
bo mare. et intumescunt fluc
tus eius: dñs exercituum
nomen meum. Posui verba
mea in ore tuo? et in um
bra manus mee protexi te:
ut plantes celos et fundes
terram. et dicas ad syon.

populus meus es tu. Eleuare
eleuare consurge ierusalem: que
bibisti de manu dñi calicem
ire eius. Usque ad fundum
calicis soporis bibisti: et
epotasti usque ad feces. Non
est qui sustentet eam ex omni
bus filiis quos genuit: et
non est qui apprehendat ma
num eius ex omnibus filiis
quos enutriuit. Duo sunt
que occurrerunt tibi. Quis
contristabitur super te? Vas
titas et contritio. et fames
et gladius. Quis consola
bitur te? Filii tui proiecti
sunt: dormierunt in capite
omnium viarum sicut bestia illa
queata. pleni indignatione
dñi. increpatione dei tui.
Idcirco audi hoc paupercu
la: et ebria non a vino.
Hec dicit dominator tuus do
minus: et deus tuus qui
pugnauit pro populo suo.
Ecce tuli de manu tua ca
licem soporis: fundum calicis
indignationis mee. Non
adicies ut bibas illum ultra.

Et ponā illū in manu eo
rū qui te humiliauerunt:
et dixerūt aīe tue. incurua
re ut transeam⁹. Et posuisti
ut terrā corpus tuū: et qua
si viā trāseūtibus. Cap̄ lij.

C Onsurge consur
ge: induare forti
tudine tua syon.
induere vestimētis glorie
tue ihr̄lm ciuitas sancti: q
a nō adiciet ultra ut ptrāse
at p te incircūcisus et immū
dus. Excutere de puluere. cōsur
ge sede filia ihr̄lm: solue vī
cula colli tui captiua filia
syon. Quia hec dicit dn̄s.
Gratis venūdati estis: et si
ne argento redimemini. Q̄a
hec dicit dn̄s deus. In egip
tū descendit pplus meus ī
principio ut colon⁹ esset ibi:
et assur absq3 ulla causa
calūpniatus est eū. Et nūc
quid michi est hic dicit dn̄s?
Qm̄ ablatus est pplus me⁹
gratis. Dn̄atores eius ini
que agūt dicit dn̄s: et iu
giter tota die nomen meū

blasphematur. Propter hoc sci
et pplus meus nomē me
in die illa: quia ego ipse
q̄ loq̄bar ecce assū. Q̄m pu
chri sup mōtes pedes ānū
ciātis et p̄dicātis pacē: ānū
ciantis bonū. p̄dicātis sa
lutē: dicēs. syon regnabit
deus tuus. Vox speculato
rū tuoꝝ. leuauerūt voce
simul laudabūt: quia o
culo ad oculū videbūt cū
cōuerterit dn̄s syon. Gau
dete et laudate simul deser
ta ihr̄lm: quia cōsolatus
est dn̄s pplm suū. redemit
ihr̄lm. Parauit dn̄s bra
chiū scm̄ suū in oculis oī
um gentiū: et videbunt
omēs fines terre salutare
dei nr̄i. Recedite recedite ex
te inde: pollutū nolite tan
gere. Exite de medio eius.
Mundamini qui fertis vasa
dn̄i: qm̄ non in tumultu
exibitis. nec in fuga pro
perabitis. Precedet enim
vos dominus: et con
gregabit vos deus israel.

Ecce intelliget servus meus:
exaltabitur et elevabitur: et
sublimis erit valde. Sicut
obstupuerunt super te multi:
sic ingloriosus erit inter viros
aspectus eius. et forma eius
inter filios hominum. Iste asperget
gentes multas. Super ipsum
continebunt reges os suum:
quia quibus non est narratum
de eo videbunt: et qui non au-
dierunt contemplati sunt. Ca.
Quis credidit liii
auditui nostro: et
brachium domini cui
revelatum est? Et ascendet sicut
virgultum coram eo: et sicut ra-
dix de terra sitienti. Non est
species ei neque decor. Et vidi-
mus eum et non erat aspectus:
et desideravimus eum despectum
et novissimum virorum. virum
dolorum et scientem infirmitatem:
et quasi absconditus vultus
eius et despectus: unde nec
reputavimus eum. Vere lan-
guores nostros ipse tulit: et do-
lores nostros ipse portavit. Et
nos putavimus eum quasi le-
prosum: et percussum a deo et
humiliatum. Ipse autem vul-
neratus est propter iniquitates
nostras: attritus est propter sce-
lera nostra. Disciplina pacis
nostre super eum: et livore eius
sanati sumus. Omnes nos quasi
oves erravimus: unusquisque
in viam suam declinavit: et
dominus posuit in eo iniquitatem
omnium nostrum. Oblatus est
quia ipse voluit: et non ape-
ruit os suum. Sicut ovis
ad occisionem ducetur: et quasi
agnus coram tondente se ob-
mutescet: et non aperiet os
suum. De angustia et de iu-
dicio sublatus est. Generati-
onem eius quis enarrabit?
Quia abscisus est de terra
viventium. Propter scelus populi
mei percussi eum: et dabit im-
pios pro sepultura. et divi-
tem pro morte sua: eo quod
iniquitatem non fecerit. neque
dolus fuerit in ore eius: et dominus
voluit conterere eum in infirmi-
tate. Si posuerit pro peccato
animam suam. videbit semen

longeuũ: et volũtas dñi
in manu eius dirigetur.
Pro eo q laborauit aĩa
eius: videbit et saturabit.
In sciẽtia sua iustificabit
ipe iustus seruos meos mul
tos: et iniqtates eoꝝ ipse
portabit. Ideo dispiã ei
plurimos. et fortiũ diuidet
spolia: pro eo q tradidit
in morte aĩam suã: et cũ
sceleratis reputatus est. Et
ipe pctm multoꝝ tulit: et
pro trãsgressoribꝫ rogauit.

Lauda Ca. liiij.
sterilis que non
paris: decanta
laudem et hymni que nõ
pariebas: qin multi filij
deserte magis q̃ eius que
habet virũ. dicit dñs. Di
lata locũ tẽtorij tui: et pel
les tabnaculoꝝ tuoꝝ exte
de ne parcas. Lõgos fac fu
niculos tuos: et clauos tu
os cõsolida. Ad dexterã eñi
et ad leuã penetrabis: et
semẽ tuũ gentes heredita
bit: et ciuitates desertas in

habitabit. Noli timere qa
non cõfunderis neqz eru
besces. Non eñi te pudebit:
quia cõfusionis adolescẽ
ne tue obliuiscẽris: et opp
brij viduitatis tue nõ rec
daberis ãplius: qa dñabit
tui qui fecit te. Dñs exerc
tuũ nomẽ eius: et redẽptor
tuus sctus isrl. deus om
terre vocabit. Quia ut mu
lierẽ derelictã et merentẽ
spũ vocauit te dñs: et uxo
rẽ ab adolescẽtia abiectã di
xit dñs tuus. Ad punctũ in mo
dico dereliqui te: et in misera
tionibꝫ magnis cõgrega
bo te. In momẽto indigna
tionis abscõdi faciẽ meã
parũp a te: et in mia sẽpi
terna misertus sum tui. di
xit redẽptor tuus dñs. Sic
in diebꝫ noe istud mihi e
cum iuraui ne inducerem
aquas noe ultra sup terrã:
sic iuraui ut non irascar
tibi. et nõ increpẽ te. Mon
tes eñi cõmouebunt. et col
les cõtremiscẽt: mia autem

mea nō recedet: et fedus pa
cis mee nō mouebit. dixit
miserator tuus dn̄s. Pau
percula tēpestate cōuulsa abs
q3 ulla cōsolatione. ecce e
go sternā p ordinē lapides
tuos: et fundabo te ī saphi
ris. Et ponā iaspidē ppug
nacula tua. et portas tu
as in lapides sculptos: et
omēs terminos tuos ī la
pides desiderabiles. Uniuer
sos filios tuos doctos a do
mino. et multitudinē pa
cis filijs tuis: et ī iusticia
fundaberis. Recede procul
a calūpnia. quia non ti
mebis: et a pauore q̄a nō
appropinquabit tibi. Ecce
accola ueniet qui nō erat
mecū: aduena quondā tu
us adiūget tibi. Ecce ego
creaui fabrū sufflantē in
igne prunas. et pferentē
uas in opus suū: et ego cre
aui interfectorē ad disperdēdū.
Omne uas qd̄ fictū est cont
te non diriget: et omnem
linguā resistentē tibi in iu
dicio iudicabis. Hec est he
reditas seruor dn̄i: et iusti
cia eor apud me dicit dn̄s.

Omnes Capl̄ lv.
sitientes uenite
ad aquas: et q̄
non habetis argentū ppe
rate. emite et comedite. Ue
nite emite absq3 argento.
et absq3 ulla cōmutatiōe.
uinū et lac. Quare appen
ditis argentū nō in pani
bus: et laborē uēm nō in
saturitate. Audite audiē
tes me. et comedite bonū:
et delectabit in crassitudīe
aīa uēa. Inclinate aurem
uēam et uenite ad me: au
dite et uiuet aīa uēa. Et fe
riā uobiscū pactū sempit
nū: misericordias dauid fideles.
Ecce testē pplis dedi eū: ducē
ac pceptorē gentib3. Ecce gen
tē quā nesciebas uocabis:
et gentes que nō cognoue
rūt te ad te currēt: pter do
minū deū tuū et scm̄ isrl̄ q̄
a glorificauit te. Querite
dn̄m dū inueniri potest:

inuocate eū dū̄ ppe est. Dere
linquat ipius viā suā. &
vir iniquus cogitacionē
suas: et reuertatur ad dūm
et miserebit eius: et ad de
um nrm qm multus est
ad ignoscendū. Non enī
cogitationes mee cogitati
ones vre: neqz vie vre vie
mee dicit dn̄s. Quia sicut
exaltant celi a tra: sic exal
tate sunt vie mee a vijs
vr̄is. et cogitationes mee
a cogitationibz vr̄is. Et
quomō descendit ymber
et nix de celo. et illuc ultra
nō reuertet sed inebriat terrā
et infundit eam. et germi
nare eā facit. et dat semen
serenti. & panē comedenti:
sic erit verbū meū quod
egredietr de ore meo. Nō re
uertet ad me vacuū: sed fa
ciet quecūqz volui: et pspe
rabitr in hijs ad que misi
illud. Quia in leticia egre
diemī: et in pace deducemī.
Montes et colles cantabut
corā vobis laudē: et omnia

ligna regionis plaudēt
manu. Pro saliunca as
det abies: et pro urtic
cet mirtus. Et erit dn̄s
nōiatus in signū etern
qd nō auferetur. Ca. lvi
H ec dicit dn̄s. Cu
stodite iudiciū e
facite iusticiā:
quia iuxta est salus mea
ut veniat: et iusticia mea
ut reueletr. Beatus vir qui
facit hoc. et filius hominis
apphendet istud: custodiē
sabbatū ne polluat illu
custodiens manus suas
ne faciat omne malū. Et n
dicat filius aduene qui ad
heret dn̄o dicens: separati
one diuidet me dn̄s a p
suo. Et non dicat eunuc
ecce ego lignū aridū. Q
hec dicit dn̄s eunuchis q
custodierīt sabbata mea
et elegerit que volui. et te
nuerint fedus meū: dabo
eis in domo mea. et in mu
ris meis locū. et nomen
melius a filijs & filiabu

Nomē sempiternū dabo eis:
qđ non peribit. Et filios ad
uene qui adherent dño ut
colant eū et diligāt nomen
eius. ut sint ei in seruos. ō
nem custodientē sabbatū
ne polluat illud. et tenētē
fedus meū. adducā eos in
montē scm̄ meū: et letifica
bo eos in domo orationis
mee. Holocausta eor et vic
time eor placebūt michi sr
altari meo: quia domꝰ
mea domus orōnis voca
bitur cūctis pplis ait dns
deus. qui cōgregat dispsos
isrl. Adhuc cōgregabo ad
eū cōgregatos eius. Omēs
bestie agri venite ad devo
randū: vniuerse bestie salt.
Speculatores eius ceci oms:
nescierūt vniuersi. canes mu
ti non valentes latrare: vi
dētes vana. dormientes et a
mātes sōpnia: et canes im
pudentissimi nescierūt satur
tatē. Ipsi pastores ignorauē
rūt intelligentiā. Omēs in
viā suā declinauerūt: vnus
quisqz ad auariciā suā a su
mo usqz ad nouissimū. Venite
sumamꝰ vinū. et impleamꝰ
ebrietate: et erit sicut hodie
sic et cras. et multo āplius.

Iustus perijt et **Capl' lvij**
nemo est qui recogitet ī cor
de suo: et viri mīe colligūtur:
quia nō est qui intelligat. A
facie eñ malicie collectus
est iustus. Veniat pax: req
escat in cubili suo. qui am
bulauit in directione sua.
Vos autē accedite huc filij
auguratricis: semen adul
teri et fornicarie. Sup quē
lusistis? Sup quem dila
tastis os et eiecistis linguā?
Numquid nō vos filij sceleste
semē mendax? Qui cōsola
mini in dijs subter omne
lignū frondosū: imolātes
paruulos in torrentibꝰ subter
eminētes petras. In partibꝰ
torrentis pars tua: hec ē sors
tua. Et ipsis effudisti liba
men: obtulisti sacrificium.
Numquid sup hijs nō indig
nabor? Sup monte excel-

sum et sublimē posuisti cu-
bile tuū: et illuc ascēdisti ut
īmolares hostias. Et post
ostiū et retro postē posuisti
memoriale tuū: quia iux-
me discooperuisti et susce-
pisti adulterū. Dilatasti
cubile tuū: et pepegisti cū
eis fedus. Dilexisti stratū
eorū manu apta: et ornas-
ti te regio unguēto: et mul-
tiplicasti pigmēta tua.
Misisti legatos tuos procul:
et humiliata es usque ad ī-
feros. In multitudine vie
tue laborasti: nō dixisti q̄-
escā. Vitā manus tue īue-
nisti: ppterea nō rogasti. Pro
quo sollicita timuisti: qa
mentita es. et mei nō es recor-
data: neque cogitasti ī corde
tuo. quia ego tacens. et q̄si
nō videns: et mei oblita es.
Ego ānūciabo iusticiā tuā:
et opa tua nō proderunt ti-
bi. Cum clamaueris liberēt
te cōgregati tui: et omnes eos
auferet ventus. tollet au-
ra. Qui aūt fiduciā habet

mei hereditabit terrā: et pos-
sidebit montē scm̄ meū. Et
dicam. Viam facite. p̄bete
iter: declinate de semita: au-
ferte offendicula de via pp
mei. Quia hec dicit dns̄ ex-
celsus et sublimis habitans
eternitatē. et scm̄ nomē eius
in excelso et in scō habitans
et cū contrito et humili spū:
ut vivificet spm̄ humiliū. et
vivificet cor contritorū. Nō eni
in sempiternū litigabo. ne-
que usque in finē irascar: quia
spūs a facie mea egredietur:
et flatus ego faciā. Propter
iniquitatē avaricie eius ira-
tus sum: et percussi eū. Abscōdi
a te faciem meā et indignat
sum: et abiit vagus in via
cordis sui. Vias eius vid
dimisi eū. et reduxi eū: et
dedi cōsolationes ipsi. et lu-
gentib; eius. Creavi fructum
labiorū pacē: pacē ei qui
longe est. et qui prope dixit
dns̄. et sanavi eū. Impii
autē quasi mare fervens
quiescere nō potest: et redun

fluctus eius ī conculcationē
et lutū. Non ē pax dixit de'
meus impijs. Capl' lviii.
Clama ne cesses:
quasi tuba exal
ta vocē tuā: et ā
nūcia p̄plō meo scelera eoꝝ.
et domui iacob pctā eorū.
Me etenī de die in diē q̄runt:
et scire vias meas volūt:
quasi gens que iusticiā fe
cerit. et que iudiciū dei sui
non dereliq̄rit. Rogāt me
iudicia iusticie: et appropi
quare deo volūt. Quare ie
iunauim' et nō aspexisti:
humiliauim' aīas nr̄as et
nescisti? Ecce in die ieiunij
vr̄i īueniūtur voluntates
vr̄e: et oēs debitores vr̄os
repetitis. Ecce ad lites et con
tentiones ieiunatis: et per
cutitis pugno impie. Nolite
ieiunare sicut usq; ad hāc
diem: ut audiat' in excelso
clamor vr̄. Nūq̄d tale est ie
iuniū qd' elegi: p diē affli
gere hominē aīam suam?
Nūq̄d cōtorquere quasi cir
culū caput suū: et saccū et ci
nerē sternē? Nūquid istud vo
cabis ieiuniū. et diē acceptā
bilē dn̄o? Nōne hoc est ma
gis ieiuniū qd' elegi? Dissol
ue colligationes īpietatis:
solue fasciculos deprimētes.
Dimitte eos qui cōfracti sūt
liberos: et omē onus disrū
pe. Frange esurienti panē tu
um: et egenos vagos q; in
duc in domū tuā. Cū videris
nudū operi eū: et carnē tuā
ne despexeris. Tūc erūpet q̄si
mane lumē tuū: et sanitas
tua citius orietur. Et anteibit
faciē tuā iusticia tua: et glā
dn̄i colliget te. Tūc inuoca
bis et dn̄s exaudiet: clama
bis et dicet. ecce assū quia
misericors sū dn̄s deus tuus.
Si abstuleris de medio tui
cathenā. et desieris digitū
extendere et loqui qd' nō pro
dest: cū effuderis esurienti
aīam tuā. et aīam afflic
tā repleueris: orietur in tene
bris lux tua: et tenebre tue
erūt sicut meridies. Et reqe̊

tibi dabit dñs deus semper: et implebit splendoribus animam tuam: et ossa tua liberabit. Et eris quasi ortus irriguus: et sicut fons aquarum. cuius non deficient aque. Et edificabuntur in te deserta seculorum: fundamenta generationis et generationis suscitabis. Et vocaberis edificator sepium: avertens semitas in quietem. Si averteris a sabbato pedem tuum facere voluntatem tuam in die sancto meo. et vocaveris sabbatum delicatum. et sanctum domini gloriosum. et glorificaveris eum. dum non facis vias tuas. et non invenitur voluntas tua ut loquaris sermonem: tunc delectaberis super domino. et sustollam te super altitudines terre: et cibabo te hereditate iacob patris tui. Os enim domini locutum est.

Ecce non Ca. lix. est abbreviata manus domini ut salvare nequeat: neque aggravata est auris eius ut non exaudiat: sed iniquitates vestre diviserunt inter vos et deum vestrum: et peccata vestra absconderunt faciem eius a vobis ne exaudiret. Manus enim vestre pollute sunt sanguine: et digiti vestri iniquitate. Labia vestra locuta sunt mendacium: et lingua vestra iniquitatem fatur. Non est qui invocet iusticiam: neque est qui iudicet vere: sed confidunt in nichilo. et loquuntur vanitates. Conceperunt laborem et pepererunt iniquitatem. Ova aspidum ruperunt: et telas aranee texuerunt. Qui comederit de ovis eorum morietur: et quod confotum est erumpet in regulum. Tele eorum non erunt in vestimentum: neque operientur operibus suis. Opera eorum opera inutilia: et opus iniquitatis in manibus eorum. Pedes eorum ad malum currunt et festinant ut effundant sanguinem innocentem. Cogitationes eorum cogitationes inutiles: vastitas et con-

no in vijs eorum. Viam pacis
nescierunt: et non est iudicium
in gressibus eorum. Semite eo
rum incuruate sunt eis: omnis
qui calcat in eis ignorat
pacem. Propter hoc elongatum
est iudicium a vobis: et non
apprehendet vos iusticia.
Expectauimus lucem et ecce tene
bre: splendorem. et in tenebris
ambulauimus. Palpauimus
sicut ceci parietem: et quasi
absque oculis attrectauimus.
Impegimus meridie quasi
in tenebris: in caligosis quasi
mortui. Rugiemus quasi
vrsi omnes: et quasi columbe
meditantes gememus. Ex
pectauimus iudicium et non est:
salutem et elongata est a no
bis. Multiplicate sunt enim
iniquitates nostre coram te. et
peccata nostra responderunt
nobis: quia scelera nostra no
biscum. et iniquitates nostras cog
nouimus: peccare et mentiri
contra dominum. Et auersi sumus
ne iremus post tergum dei
nostri: ut loqueremur calum

niam et transgressionem. Conce
pimus et locuti sumus de cor
de verba mendacij: et conuersum
est retrorsum iudicium. et iusti
cia longe stetit: quia corruit
in platea veritas. et equitas
non potuit ingredi. Et fac
ta est veritas in obliuione:
et qui recessit a malo prede
patuit. Et vidit dominus et ma
lum apparuit in oculis eius:
quia non est iudicium. Et vidit
quia non est vir: et aporia
tus est. quia non est qui occur
rat. Et saluabit sibi brachi
um suum: et iusticia eius ipsa
confirmabit eum. Indutus est
iusticia ut lorica: et galea
salutis in capite eius. In
dutus est vestimentis ultio
nis: et opertus est quasi pal
lio zeli sicut ad vindictam:
quasi ad retributionem in
dignationis hostibus suis
et vicissitudinem inimicis su
is. Insulis vicem reddet. Et ti
mebunt qui ab occidente nomen
domini. et qui ab ortu solis
gloriam eius: cum venerit quasi

fluuius violentus quem
spūs dñi cogit: et venerit
syon redemptor et eis qui
redeunt ab iniquitate in iacob
dicit dñs. Hoc fedus meū cū
eis dicit dñs. Spūs meus q
ē in te. et vba mea q̄ posui
in ore tuo. nō recedēt de ore
tuo et de ore seminis tui dicit
dñs: amodo et usq in se
mpiternum. Capitulum lx.
Surge illuminare ie
rusalem quia venit
lumen tuū: et gloria dñi
sup te orta est. Quia ecce
tenebre operient terrā: et
caligo populos. Sup te
autē orietur dñs: et glā
eius in te videbitur. Et am
bulabūt gentes in lumine
tuo: et reges in splendore
ortus tui. Leua in circuitu
oculos tuos et vide: omnes
isti cōgregati sunt. venerunt
tibi. Filii tui de longe veni
ent: et filie tue de latere sur
gent. Tunc videbis et afflu
es et mirabitur et dilata
bitur cor tuū: quando cō
uersa fuerit ad te multitu
do maris: fortitudo gentiū
venerit tibi. Inundatio ca
melorū operiet te: drome
darii madian et epha. Omēs
de saba venient. aurū et thus de
ferentes: et laudē dño annūti
antes. Omne pecus cedar cōgrega
bitur tibi: arietes nabaioth mi
nistrabūt tibi. Offerentur sup placa
bili altari meo: et domū
maiestatis mee glorifica
bo. Qui sunt isti qui ut
nubes volant: et quasi
columbe ad fenestras suas.
Me enim insule expectant.
et naues maris in princi
pio: ut adducam filios tu
os de longe. Argentum eorum
et aurum eorum cum eis nomini
dñi dei tui. et sancto isrl:
quia glorificauit te. Et e
dificabunt filii peregrinorum
muros tuos: et reges eorum
ministrabunt tibi. In indig
natione enim mea percussi te
et in reconciliatione mea
misertus sum tui. Et aperi
entur porte tue iugiter: di

ac nocte non claudentur:
ut afferatur ad te fortitudo
gentiū. et reges earū addu
cantur. Gens enī et regnū
quod non seruierit tibi pe
ribit: et gentes solitudine
vastabuntur. Gloria libanī
ad te veniet: abies et buxus
et pinus simul ad ornan
dū locū sanctificationis mee:
et locū pedū meorū glorifi
cabo. Et venient ad te cur
ui filij eorū qui humiliaue
rūt te: et adorabūt vesti
gia pedū tuorū. omēs q
detrahebāt tibi. Et voca
bunt te ciuitatē dnī syon
sancti isrl. Pro eo qd fuis
ti derelicta et odio habita
et non erat qui ptransiret:
ponā te in supbiā seculorū.
gaudiū in generationem
et generationē. Et suges
lac gentiū: et mamilla re
gum lactaberis. Et scies
quia ego dns saluās te:
et redemptor tuus fortis ia
cob. Pro ere afferā aurū:
et pro ferro afferā argētū:
et pro lignis es. et pro lapi
dib; ferrū. Et ponā visita
tionē tuā pacem: et pposi
tos tuos iusticiā. Non au
dietur ultra iniquitas in
terra tua: vastitas et cōtri
tio in terminis tuis. Et occu
pabit salus muros tuos:
et portas tuas laudatio.
Non erit tibi amplius sol
ad lucendū per diem: nec
splendor lune illūīabit te:
sed erit tibi dns in lucē sem
piternā. et deus tuus in glo
riā tuā. Non occidet ultra
sol tuus. et luna tua non
minuetur: quia dns erit in
lucē sempiternā: et cōple
buntur dies luctus tui. Pls
autē tuus omēs iusti in
ppetuū hereditabūt terrā:
germen plātationis mee.
opus manus mee ad glo
rificandū. Minimus erit
in mille: et paruulus in gen
tem fortissimā. Ego domi
nus: in tempore eius subi
to faciam istud. Capitu
lum sexagesimū primū.

Spiritus domini super me: eo quod unxerit me dominus. Ad annunciandum mansuetis misit me: ut mederer contritos corde. et predicarem captivis indulgentiam. et clausis apertionem: ut predicarem annum placabilem domino. et diem ultionis deo nostro: ut consolarer omnes lugentes: ut ponerem consolationem lugentibus syon: et darem eis coronam pro cinere. oleum gaudii pro luctu. pallium laudis pro spiritu meroris. Et vocabuntur in ea fortes iusticie: plantatio domini ad glorificandum. Et edificabunt deserta a seculo: et ruinas antiquas erigent: et instaurabunt civitates desertas et dissipatas in generationem et generationem. Et stabunt alieni et pascent pecora vestra: et filii peregrinorum agricole et vinitores vestri erunt. Vos autem sacerdotes domini vocabimini: ministri dei nostri. dicetur vobis. Fortitudinem gentium comedetis: et in gloria eorum superbietis. Pro confusione vestra duplici et rubore: laudabunt partem eorum. Propter hoc in terra sua duplicia possidebunt: leticia sempiterna erit eis. Quia ego dominus diligens iudicium: et odio habens rapinam in holocausto. Et dabo opus eorum in veritate: et fedus perpetuum feriam eis. Et scietur in gentibus semen eorum: et germen eorum in medio populorum. Omnes qui viderint eos cognoscent eos: quia isti sunt semen cui benedixit dominus.

Gaudens gaudebo in domino: et exultabit anima mea in deo meo: quia induit me vestimentis salutis: et indumento iusticie circumdedit me: quasi sponsum decoratum corona. et quasi sponsam ornatam monilibus suis. Sicut enim terra profert germen suum. et sicut ortus semen suum germinat: sic dominus

deus germinabit iusticiã.
et laudẽ corã vniuersis gẽ
tibus. Capitulũ lxij

Propter syon nõ
tacebo. et propter
ierlm nõ quiescã:
donec egrediat̃ ut splendor
iustus eius: et saluator e9
ut lampas accendat̃. Et
videbũt gentes iustũ tuũ:
et cuncti reges inclitũ tuũ. Et
vocabitur tibi nomen no
uũ: quod os dñi nomina
uit. Et eris corona glorie
in manu dñi: et dyadema
regni in manu dei tui. Nõ
Altitudo capitelli unius q̄n-
q; cubitorū. Et reciacula et
malagranata sr̄ circuitū recia-
culis circūdabant: et recia-
cula et malagranata no-
naginta et sex dependentia:
et omīa malagranata cē-
tum reciaculis circūdaban-
tur. Et tulit magister mi-
licie saraiā sacerdotē pri-
mū. et sophoniā sacerdotē
scdm: et tres custodes vestibu-
li. Et de civitate tulit eunu-
chū unū qui erat ppositus
sup viros bellatores. et sep-
tem viros de hiis qui vide-
bant faciē regis qui inventi
sunt in civitate. et scribam
principē militū qui pba-
bat tyrones: et sexaginta
viros de pplō terre. qui invē-
ti sunt in medio civitatis.
Tulit autē eos nabuzardā
magister milicie: et duxit
eos ad regē babilonis in
reblata. Et pcussit eos rex
babilonis: et interfecit
eos in reblata in terra e-
math. Et trāslatus est iuda
de terra sua. Iste est pplus
quē trāstulit nabucho do-
nosor. In anno septimo: iu-
deos tria milia viginti tres
In anno octavodecimo na-
buchodonosor trāstulit de
ihr'lm aīas octingentas
triginta duas. In anno vi-
cesimo tercio nabuchodono-
sor. trāstulit nabuzardan
magister milicie iudeorū aī-
mas septingentas quadra-
ginta quinq;. Omēs ergo aī-
me quatuor milia sexcente.
Et factū ē in tricesimo sep-
timo anno trāsmigracionis

ioachyn regis iude duodeci
mo mense. vicesimaquinta
mensis elevavit evilmero
dach rex babilonis ipo an
no regni sui caput ioachi
regis iude. et eduxit eu de do
mo carceris: et locutus est
cu eo bona. Et posuit thro
nu eius sup thronos regu.
qui erant post se in babi
lone: et mutavit vesti
menta carceris eius. Et co
medebat pane cora eo semp
cunctis diebus vite sue: et ci
baria eius cibaria ppetua
dabantur ei a rege babilonis.
statuta p singlos dies usq
ad die mortis sue cunctis die
bus vite ei. Et factu e postq in
captivitate reduct e isrl et
ihrlm deserta est: sedit ihe
remias pheta flens. et
planxit lamentatione hac
in ihrlm. Et amaro animo
suspirans et eiulans dixit.
Incipit lamentacio iheremie
prophete que est in titulo qu
noch cu absolutione litte
raru hebraicaru. Aleph.

Quomodo sedet
sola civitas
plena ppło: fac
ta est quasi vi
dua dna gentiu: princeps
provinciaru facta est sub tri
buto. Beth. Plorans plora
vit in nocte: et lacrime eius
in maxillis eius. Non est
qui consoletur ea: ex omni
bus caris eius. Omnes ami
ci eius spreverunt ea: et fac
ti sunt ei inimici. Gimel Mi
gravit iuda ppter afflictio
ne et multitudine servitu
tis: habitavit inter gentes:
nec invenit requie. Omnes
psecutores eius apprehende
runt eam inter angustias. De
leth Vie syon lugent: eo q
non sint qui veniat ad sol
lempnitate. Omnes porte
eius destructe: sacerdotes e
ius gementes. virgines eius
squalide: et ipa oppressa a
maritudine. He Facti sunt
hostes eius in capite: inimi
ci eius locupletati sunt: quia
dns locutus est sup ea ppt

multitudinē iniquitatū eius.
Paruuli eius ducti sunt in cap
tiuitatē: a facie tribulantis.
Vau Egressus est a filia syō
omnis decor eius. Facti sunt prin
cipes eius velut arietes nō
inuenientes pascua: et abi
erunt absque fortitudine ante
faciē subsequētis. Zai Et re
cordata est ierusalem dierū afflic
tionis sue. et preuaricationis
omniū desiderabiliū suorū:
que habuerat a diebus anti
quis cū caderet populus eius
in manu hostili. et non es
set auxiliator. Viderunt eam
hostes: et deriserunt sabbata
eius. Heth Peccatū pecca
uit ierusalem: propterea instabi
lis facta est. Omnes qui glo
rificabant eam. spreuerunt
illā: quia viderūt ignomini
am eius. Ipsa autē gemens:
et conuersa retrorsū. Teth.
Sordes eius in pedibus eius:
nec recordata est finis sui.
Deposita est vehementer:
non habens consolatorē.
Vide dne afflictionē meā:

quoniam erectus est inimicus. Ioth
Manū suā misit hostis ad
omnia desiderabilia eius:
quia vidit gentes ingressas
sanctuariū suū: de quibus
preceperas ne intrarent in ec
clesiā tuā. Caph Omnis populus
eius gemens: et querens
panē. Dederūt preciosa quaeque
pro cibo ad refocillandā ani
mā. Vide dne considera:
quoniam facta sum vilis. Lamech
O vos omnes qui transitis per viā. at
tendite et videte si est dolor sic
ut dolor meus: quoniam vinde
miauit me. ut locutus est
dns in die ire furoris sui.
Mem De excelso misit ignē
in ossibus meis: et erudiuit
me. Expandit rethe pedibus
meis: conuertit me retror
sum. Posuit me desolatā:
tota die merore confectam.
Nun Vigilauit iugū iniqui
tatū mearū in manu eius:
conuolute sunt et imposite
collo meo. Infirmata est
uirtus mea: dedit me dns
in manu de qua nō potero

surgere. Sameth Abstulit om
nes magnificos meos dominus
de medio mei: vocavit ad
versum me tempus. ut contr
ereret electos meos. Torcular
calcavit dominus virgini filie
iuda. Ayn Idcirco ego plo
rans et oculus meus dedu
cens aquam: quia longe fac
tus est a me consolator. con
vertens animam meam. Facti
sunt filii mei perditi: quoniam inva
luit inimicus. Phe Expan
dit syon manus suas: non
est qui consoletur eam. Man
davit dominus adversum iacob:
in circuitu eius hostes eius.
Facta est ierusalem quasi pollu
ta menstruis inter eos. Sa
de Iustus est dominus: quia os
eius ad iracundiam provoca
vit. Audite obsecro univer
si populi: et videte dolorem meum.
Virgines mee et iuvenes me
i abierunt in captivitatem ba
bilonis. Coph Vocavi ami
cos meos: et ipsi deceperunt
me. Sacerdotes mei et senes
mei in urbe consumpti sunt:

quia quesierunt cibum sibi ut
refocillarent animam suam. Res
Vide domine quoniam tribulor: ven
ter meus conturbatus est.
Subversum est cor meum in me
metipsa: quoniam amaritudine
plena sum. Foris interficit gla
dius: et domi mors similis
est. Syn Audierunt quia in
gemisco ego: et non est qui
consoletur me. Omnes inimi
ci mei audierunt malum meum:
letati sunt quia tu fecisti. Ad
duxisti diem consolationis:
et fient similes mei. Thau
Ingrediatur omne malum eorum
coram te: et vindemia eos
sicut vindemiasti me propter
omnes iniquitates meas.
Multi enim gemitus mei: et
cor meum merens. Capitulum ii.

Quomodo Aleph
obtexit caligine
in furore suo dominus
filiam syon: proiecit de celo ter
ram inclitam israel: et non est re
cordatus scabelli pedum suorum
in die furoris sui. Beth Pre
cipitavit dominus nec pepercit

omnia speciosa iacob: des
truxit in furore suo muni
tiones virginis iuda. deiecit
in terrā. polluit regnū et
principes eius. Gimel Con
fregit in ira furoris sui om
ne cornu isrl': avertit retror
sū dexterā suā a facie inimi
ci: et succendit in iacob q̄si
ignē flāme devorantis in
giro. Deleth Tetendit arcū
suū quasi inimicus. firma
vit dexterā suā quasi hostis:
et occidit omne qd' pulchrū
erat visu in tabernaculo fi
lie syon: effudit q̄si ignē
indignationē suā. He Fac
tus est dūs velut inimicus:
precipitavit isrl'. Precipitavit
omnia menia eius: dissipa
vit municiones eius: et re
plevit in filia iuda humili
atū et humiliatā. Vau Et dis
sipavit quasi ortū tentori
ū suū: demolitus est taber
naculū suū. Oblivioni tradi
dit dūs in syon festivitatē
et sabbatū: et obprobrio ī
indignatione furoris sui re
gem et sacerdotē. Zai. Rep
pulit dūs altare suū: ma
ledixit sanctificationi sue:
tradidit in manu inimici
muros turriū eius. Vocem
dederūt in domo dūi: sicut
in die sollempni. Heth Co
gitavit dūs dissipare mu
rū filie syon. tetendit funi
culū suū: et non avertit
manū suā a pditione. Lux
itq; antemurale: et murus
pariter dissipatus est. Teth.
Defixe sūt in terra porte eius:
pdidit et contrivit vectes
eius. regē eius et principes
eius in gentibz. Non est lex:
et prophete eius non invene
rūt visionē a dūo. Ioth. Se
derūt in terra conticuerūt
senes filie syon: consperserūt
cinere capita sua virgines
ierlm. Accincti sūt ciliciis:
abiecerūt in terra capita su
a virgines iuda. Caph De
fecerūt pre lacrimis oculi
mei: conturbata sūt visce
ra mea. Effusū est in terra
iecur meū sup contritione

filie populi mei: cum deficeret par
vulus et lactans in plateis
oppidi. Lamech Matribus suis
dixerunt ubi est triticum et vi
num: cum deficerent quasi vul
nerati in plateis civitatis:
cum exalarent animas suas in
sinu matrum suarum. Mem.
Cui comparabo te vel cui as
simulabo te filia ierusalem? Cui
exequabo te et consolabor
te virgo filia syon? Magna
enim velut mare contritio tu
a. Quis medebitur tui? Nun
Prophete tui viderunt tibi falsa
et stulta: nec aperiebant in
iquitatem tuam ut te ad penite
ntiam provocarent. Viderunt
autem tibi assumptiones falsas
et electiones. Samech Plau
serunt super te manibus omnes trans
euntes per viam: sibilaverunt
et moverunt caput suum super
filiam ierusalem. Hecine est urbs
dicentes perfecti decoris, gau
dium universe terre? Ayn Ape
ruerunt super te os suum omnes
inimici tui: sibilaverunt et
fremuerunt dentibus et dixe

runt: devorabimus. En ista
est dies quam expectabamus:
invenimus vidimus. Phe Fe
cit dominus que cogitavit: com
plevit sermonem suum quem pre
ceperat a diebus antiquis.
Destruxit et non pepercit: et le
tificavit super te inimicum: et ex
altavit cornu hostium tuorum.
Sade Clamavit cor eorum ad
dominum: super muros filie syon.
Deduc quasi torrentem lacri
mas per diem et noctem. Non
des requiem tibi: neque taceat
pupilla oculi tui. Coph Con
surge lauda in nocte: in prin
cipio vigiliarum. Effunde sic
ut aquam cor tuum ante con
spectum domini. Leva ad eum ma
nus tuas pro anima parvulo
rum tuorum: qui defecerunt in fa
me et siti peribant: in capi
te omnium compitorum. Res Vi
de domine et considera: quem vin
demiaveris ita. Ergo ne co
medent mulieres fructum suum.
parvulos ad mensuram palme?
Si occiditur in sanctuario domini
sacerdos et propheta? Syn Ia

iacuerūt in terra foris puer et
senes: virgines mee et iuue
nes mei ceciderūt in gladio.
Interfecisti eos in die furoris
tui: percussisti nec misertus
es. Thau Vocasti quasi ad
diem sollempnē qui terrē
rent me de circuitu: et nō fu
it in die furoris dnī qui ef
fugeret et relinqueret. Quos
educaui et enutriui: inimi
cus meus consumpsit eos. Ca
plin iij. Aleph
Ego vir videns paup
tatē meā: in vir
ga indignationis eius. A
leph Me minauit: et adduxit
in tenebris et non in lucē. A
leph Tantū in me vertit: et
conuertit manū suā tota di
e. Beth Vetustā fecit pellem
meā et carnē meā: cōtriuit
ossa mea. Beth Edificauit
in gyro meo: et circūdedit
me felle et labore. Beth In
tenebrosis collocauit me q̄
si mortuos sempiternos. Gi
mel Circūedificauit aduer
sū me ut non egrediar: ag

grauauit compedē meū. Gi
mel Sed et cū clamauero et
rogauero: exclusit orationē
meā. Gimel Conclusit vias
meas lapidibꝫ quadris: se
mitas meas subuertit. De
leth Ursus insidians factus
est michi leo in absconditis.
Deleth Semitas meas subu
ertit et confregit me: posuit
me desolatā. Deleth Tetendit
arcū suū: et posuit me q̄si
signū ad sagittā. He Misit
in renibus meis filias phare
tre sue. He Factus sū in derisū
omni pplō meo: canticū eorū
tota die. He Repleuit me a
maritudinibꝫ: inebriauit
absinthio. Vau Et fregit ad
numerū dentes meos: caba
uit me cinere. Vau Et repul
sa est anima mea: oblitus sū
bonorū. Vau Et dixi. Periit
finis meus. et spes mea a do
mino. Zai Recordare paup
tatis et transgressionis mee:
absinthij et fellis. Zai Me
moria memor ero: et tabes
cet in me anima mea. Zai

Hoc recolens in corde meo: i
deo in deo sperabo. Heth Mi
sericordie dñi quia nō sum⁹
consumpti: quia nō defecerūt
miseraciones eius. Heth Noui
diluculo: quia multa est fi
des tua. Heth Pars mea dñs
dixit aīa mea: ppterea
expectabo eū. Teth. Bonus
est dñs sperantibꝫ in eū: aīe
querenti illū. Teth Bonū ē
prestolari cū silencio salu
tare dñi. Teth Bonū ē viro:
cū portauerit iugū ab ado
lescencia sua. Joth Sedebit
solitarius et tacebit: quia
leuauit se sup se. Joth Ponet
ī puluere os suū: si forte sit
spes. Joth Dabit percucienti se
maxillā. saciabit opprobriis.
Caph Quia nō repellet ī sempiternū
dñs Caph Quia si abiecit: et mi
serebitur scdm multitudinē miseri
cordiarum suarum. Caph Nō enī
humiliauit ex corde suo: et ab
iecit filios hoīm Lamech Vt
contereret sub pedibꝫ suis:
omēs vinctos terre Lamech
Vt declinaret iudiciū viri:

in conspectu vultus altissi
mi. Lamec Vt peruerteret hoī
nē in iudicio suo: dñs igno
rauit. Mem Quis est iste qui
dixit ut fieret: dño nō iubē
te? Mem Ex ore altissimi nō
egredientur nec bona nec
mala? Mem Quid murmu
rauit homo viuēs? vir pro
peccatis suis? Nun Scrutemur
vias nr̃as: et queramus. Nun
et reuertamur ad dñm. Nun
Leuemus corda nr̃a cū mani
bus ad dñm in celos. Nun
Nos inique egimus omēs:
et ad iracundiā prouocaui
mus: idcirco tu inexorabilis
es. Samech Operuisti in fu
rore et percussisti nos: occidi
sti nec pepercisti. Samech Op
posuisti nubē tibi: ne transe
at oracio. Samech Eradicaci
onē et abiectionē posuisti
me in medio populorum. Ayn
Aperuerunt sup nos os suū.
omēs inimici. Ayn Formido
et laqueus facta est nobis:
vaticinacio et contricio. Ayn
Diuisiones aquarū deduxit

oculus meus: in contritione filie populi mei. Phe Oculus meus afflictus est nec tacuit: eo quod non esset requies. Phe Donec respiceret et videret dominus de celis. Phe Oculus meus depredatus est animam meam: in cunctis filiabus urbis mee. Sade Venatione ceperunt me quasi avem inimici mei gratis. Sade Lapsa est in lacum vita mea: et posuerunt lapidem super me. Sade Inundaverunt aque super caput meum: dixi perii. Coph Invocavi nomen tuum domine: de lacu novissimo. Coph Vocem meam audisti: ne avertas aurem tuam a singultu meo et clamoribus. Coph Appropinquasti in die qua invocavi te: dixisti ne timeas. Res Iudicasti domine causam anime mee: redemptor vite mee. Res Vidisti domine iniquitatem adversum me: iudica iudicium meum. Res Vidisti omnem furorem: et universas cogitationes eorum adversum me. Syn Audisti opprobria eorum domine: omnes cogitationes eorum adversum me. Syn Labia insurgentium michi: et meditationes eorum adversum me tota die. Syn Sessionem eorum et resurrectionem eorum vidi: ego sum psalmus eorum. Thau Reddes eis vicem domine: iuxta opera manuum suarum. Thau Dabis eis scutum cordis laborem tuum. Thau Persequeris in furore: et conteres eos sub celis domine. Capitulum iiij. Aleph

Quomodo obscuratum est aurum. mutatus est color optimus: dispersi sunt lapides sanctuarii in capite omnium platearum. Beth Filii syon inclyti. et amicti auro primo: quomodo reputati sunt in vasa testea opus manuum figuli. Gimel Sed et lamie nudaverunt mammam: lactaverunt catulos suos. Filia populi mei crudelis: quasi strucio in deserto. Deleth Adhesit lingua lactentis ad palatum eius in siti. Parvuli petierunt panem: et non erat qui frangeret eis. He.

Qui vescebantur voluptuo
se interierũt in viis: qui nu
triebant̃ in croceis amplexa
ti sũt stercora. Vau. Et maior
effecta est iniquitas filie ppli
mei pcc̃o sodomorũ. que sub
uersa est in momẽto: et non
ceperũt in ea manus. Zai.
Candidiores nazarei eius
niue: nitidiores lacte. rubi
cundiores ebore antiquo: sa
phiro pulchriores. Heth. De
nigrata est sup carbones fa
cies eorũ: et non sũt cogniti
in plateis. Adhesit cutis eorum
ossib₉: aruit et fcã ẽ q̃si lignũ.
Teth. Melius fuit occisis gla
dio q̃ interfectis fame: q̃m
isti extabuerũt cõsũpti ab
sterilitate terre. Ioth. Manus
mulierũ misericordiũ coxe
runt filios suos: facti sunt
cibus earũ in contritione fi
lie ppli mei. Caph. Cõpleuit
dñs furorẽ suũ: effudit irã
indignationis sue: et succen
dit ignẽ in syon. et deuora
uit fundamenta e₉. Lameth.
Non crediderũt reges terre et

vniuersi habitatores orbis:
q̃m ingrederetur hostis et in
imicus per portas ihrlm.
Mem. Pter pcc̃a pphetarũ e
ius. et iniquitates sacerdotũ
eius: qui effuderũt in medio
eius sanguinẽ iustorum. Nun.
Errauerũt ceci in plateis:
polluti sũt in sanguine. Cũ
q3 non possent tenere: tenu
erũt lacinias suas. Samech.
Recedite polluti clamauerũt
eis: recedite. abite. nolite tan
gere. Iurgati quippe sũt et
cõmoti: dixerũt inter gẽtes.
non addet ultra ut inhabi
tet in eis. Ayn. Facies dñi di
uisit eos: nõ addet ut respi
ciat eos. Facies sacerdotũ nõ
erubuerũt: neq3 senũ miser
ti sũt. Phe. Cũ adhuc subsis
teremus. defecerũt oculi nri
ad auxiliũ nrm vanũ: cũ
respiceremus attenti ad gen
tem. que saluare nos nõ po
terat. Sade. Lubricauerũt ves
tigia nrã in itinere platearum
nrarum. Appropinquauit finis nr.
cõpleti sũt dies nri. quia venit

finis noster. Coph Velociores
fuerūt ꝑsecutores nr̄i aqui
lis celi: sup montes ꝑsecuti
sūt nos: in deserto insidiati
sūt nobis. Res Sp̄us oris
nr̄i xp̄c dn̄s captus est in pec
catis nr̄is: cui diximus in
umbra tua vivemus in gē
tibꝫ. Syn. Gaude et letare
filia edom: que habitas in
terra hus. Ad te quoqꝫ pve
niet calix: inebriaberis atqꝫ
nudaberis. Thau Cōpleta ē
iniquitas tua filia syon: nō
addet ultra ut trāsmigret te.
Visitavit iniquitatē tuā fili
a edom: discooperuit pcc̄a
tua. Oratio iheremie ꝓphe.

Recordare dn̄e qd
acciderit nobis: in
tuere et respice op
probriū nr̄m. Hereditas nr̄a
versa ē ad alienos: domus nr̄e
ad extraneos. Pupilli facti
sumus absqꝫ pr̄e: matres nr̄e
quasi vidue. Aquā nr̄am pe
cunia bibim⁹: ligna nr̄a pre
cio cōparavim⁹. Cervicibꝫ
nr̄is minabamur: lassis
nō dabatur requies. Egipto
dedimus manū et assyriis:
ut saturaremur pane. Pr̄es
nr̄i peccaverūt et nō sūt: et
nos iniquitates eorū portavi
mus. Servi dn̄ati sūt nr̄i:
non fuit qui redimeret de
manu eorū. In aīabꝫ nr̄is
afferebam⁹ panē nobis: a
facie gladii in deserto. Pellis
nr̄a quasi clibanus exusta
est: a facie tempestatū famis.
Mulieres in syon humiliave
runt: virgines in civitatibꝫ
iuda. Principes manu sus
pensi sūt: facies senū non e
rubuerūt. Adolescentibus in
pudice abusi sūt: et pueri ī
ligno corru-erūt. Senes
de portis de-fecerūt: iu
venes de cho-ro psallentiū.
Defecit gaudiū cordis nr̄i:
versus est in luctū chorus
noster. Cecidit corona capi
tis nr̄i: ve nobis quia pec
cavim⁹. Ꝓpterea mestū factū
est cor nostrū: ideo contene
brati sūt oculi nr̄i. Ꝓpter
montē syon quia disperiit:

vulpes ambulauerunt in eo.
Tu autem domine in eternum permanebis: solium tuum in generatione et generatione. Quare in perpetuum obliuisceris nostri? derelinques nos in longitudine dierum? Converte nos domine ad te et convertemur: innova dies nostros sicut a principio. Sed proiciens repulisti nos: iratus es contra nos vehementer. Explicit liber iheremie prophete. Incipit prologus

Liber iste qui baruch nomine prenotatur in hebreo canone non habetur: sed tantum in vulgata editione. Similiter et epistola iheremie prophete. Propter notitiam autem legentium hic scripta sunt: quia multa de christo novissimisque temporibus indicant. Explicit prologus. Incipit liber baruch

Et hec verba libri que scripsit baruch filius nerie filii maasie filii sedechie filii sedei filii helchie in babilonia. in anno quinto in septima die mensis: in tempore quo ceperunt chaldei ierusalem. et succenderunt eam igni. Et legit baruch verba libri huius ad aures iechonie filii ioachim regis iuda. et ad aures universi populi venientis ad librum: et ad aures potentium filiorum regum. et ad aures presbiterorum. et ad aures populi a minimo usque ad maximum eorum habitantium in babilonia. et ad flumen sudi. Qui audientes plorabant et ieiunabant et orabant in conspectu domini. Et collegerunt pecuniam secundum quod potuit uniuscuiusque manus: et miserunt in ierusalem ad ioachim filium helchie filii salomi sacerdotem. et ad sacerdotes. et ad omnem populum qui inventi sunt cum eo in ierusalem cum acciperet vasa templi domini que ablata fuerant de templo revocare in terram iuda decima die mensis siban vasa ar-

genera que fecit sedechias fi-
lius iosie rex iuda. postquam ce-
pisset nabuchodonosor rex ba-
bilonis iechoniam et principes
et vinctos et potentes et populum
terre ab ierusalem. et duxit eos in ba-
bilonem: et dixerunt. Ecce mi-
simus ad vos pecunias de
quibus emite holocausta ma-
ra et thus et facite manna. et
offerte pro peccato ad aram domini
dei nostri et orate pro vita na-
buchodonosor regis babilo-
nie. et pro vita balthasar fi-
lii eius. ut sint dies ipsorum
sicut dies celi super terram: et det
dominus virtutem nobis et illumi-
net oculos nostros ut vivamus
sub umbra nabuchodono-
sor regis babilonis. et sub
umbra balthasar filii eius:
et serviamus eis multis die-
bus et inveniamus gratiam in
conspectu eorum. Et pro nobis
ipsis orate ad dominum deum nostrum:
quia peccavimus domino deo nostro.
et non est aversus furor eius
a nobis usque in hunc diem:
et legite librum istum quem misimus
ad vos recitari in templo do-
mini in die sollempni et in
die oportuno. Et dicetis. Do-
mino deo nostro iusticia: nobis
autem confusio faciei nostre. sic-
ut est dies hec. omni iuda et
habitantibus in ierusalem. regibus
nostris et principibus nostris. sacer-
dotibus nostris et prophetis nostris
et patribus nostris. Peccavimus
ante dominum deum nostrum. et non
credidimus diffidentes in eum:
et non fuimus subiectibiles
illi. et non obaudivimus vo-
cem domini dei nostri: ut ambula-
remus in mandatis eius que
dedit nobis. a die qua eduxit
patres nostros de terra egipti us-
que ad hunc diem. Eramus incre-
dibiles ad dominum deum nostrum. et
dissipati recessimus ne audi-
remus vocem ipsius: et adhese-
runt nobis mala multa. et
maledictiones que constitu-
it dominus moysi servo suo. qui
eduxit patres nostros de terra e-
gipti dare nobis terram fluen-
tem lac et mel. sicut hodier-
na die. Et non audivimus

vocem dñi dei nr̄i: scḋm o-
mnia verba pphetarū quos
misit ad nos et ad iudices
nr̄os. Et abiuim⁹ vnusq̄sq̄
in sensū cordis nr̄i malig-
ni operari diis alienis: faci-
entes mala ante oculos do-
mini dei nr̄i. Caplm ij.

Propter qḋ statuit
dñs deus noster
verbū suū quod
locutus est ad nos et ad iu-
dices nr̄os qui iudicauerūt
isrl'. et ad reges nr̄os et ad
principes nr̄os. et ad om̄em
isrl' et iudā: ut adduceret
dñs sup nos mala magna
que non sūt facta sub celo
quēadmodū facta sūt in
ihrlm. scḋm que scripta sūt
in lege moysi ut manduca-
ret homo carnes filij sui. et
carnes filie sue. Et dedit nos
sub manu regū om̄iū qui sūt
in circuitu nr̄o: in impperi-
um et desolationē in om̄i-
bus populis in quibz nos dis-
persit dñs. Et facti sumus
subtus et nō supra: quia
peccauim⁹ dño deo nr̄o. non
obaudiendo voci ipsi⁹. Dño
deo nr̄o iusticia: nobis autē
et patribz nr̄is confusio faci-
ei sicut est dies hec: quia locu-
tus est dñs sup nos om̄ia
mala hec que venerūt sup
nos. Et nō sumus deprecati
faciē dñi dei nr̄i: ut reuerte-
remur vnusquisqz nr̄m a vijs
nr̄is pessimis. Et vigilauit
dñs in malis et adduxit ea
sup nos. quia iustus est dñs
in omnibus operibz suis que
mandauit nobis: et non
audiuim⁹ vocē ipsius ut ire-
mus in pceptis dñi que de-
dit ante faciē nr̄am. Et nūc
dñe deus isrl' qui eduxisti po-
pulū tuū de terra egipti in
manu valida et in signis
et pdigijs et in virtute tua
magna et in brachio excel-
so: et fecisti tibi nomē sicut
est dies iste peccauim⁹ impie
egimus. inique gessimus
dñe deus nr̄ in omnibus iusti-
cijs tuis. Auertatur ira tua
a nobis: quia derelicti sum⁹

paucis inter gentes ubi disp
sisti nos. Exaudi dñe preces
nr̃as et orationes nr̃as. et
educ nos propter te. et da nobis
invenire gratiã ante faciem
eorũ qui nos adduxerunt: ut
sciat omĩs terra quia tu es
dñs deus nr̃: et quia nomẽ
tuũ invocatũ est sup isrł et
sup genus ipsius. Respice dñe
de domo sancta tua in nos:
et inclina aurẽ tuã et exau
di. Aperi oculos tuos et vide
quia non mortui qui sunt
in inferno. quorũ spũs ac
ceptus est a visceribz suis da
bunt honorẽ et iustificatio
nẽ dño: sed aĩa que tristis
est sup magnitudine mali
et incedit curva et infirma
et oculi deficientes et aĩa e
suriens dat tibi gloriã et ius
ticiã dño: quia non sc̃dm
iusticias patrũ nr̃orũ nos
fundimus preces et querimus
misericordiã ante cõspectũ
tuũ dñe deus nr̃: sed quia
misisti irã tuã et furorẽ tuũ
sup nos sicut locutus es in
manu puerorũ tuorũ ꝓpheta
rũ dicens. Sic dicit dñs. In
clinate humerũ vr̃m et cervi
cem vr̃am. et opera facite re
gi babilonis: et sedebitis in
terra quã dedi patribz vr̃is.
Quod si non audieritis vocem
dñi dei vr̃i. operari regi babi
lonie: defectionẽ faciã de civi
tatibus iuda. et a foris ihrłm.
et auferã a vobis vocẽ iocũ
ditatis. et vocẽ gaudimoni
i et vocẽ sponsi et vocẽ spon
se: et erit omĩs terra sine ves
tigio ab inhabitantibz eam.
Et non audierunt vocẽ tuã
ut operarentur regi babiloni
e: et statuisti verba tua q̃
locutus es in manibz puero
rũ tuorũ ꝓphetarũ: ut trans
ferrentur ossa regũ nr̃orum.
et ossa patrũ nr̃orũ de loco
suo. Et ecce sunt proiecta in ca
lore solis et in gelu noctis.
et mortui sunt in doloribus
pessimis: in fame et in gla
dio et in emissione. Et po
suisti templũ in quo invo
catũ est nomẽ tuũ in ipso

sicut est hec dies: propter iniqui
tatem domus israel et domus
iuda. Et fecisti in nobis domine
deus noster secundum omnem bonita
tem tuam. et secundum omnem mise
rationem tuam illam magnam:
sicut locutus es in manu pu
eri tui moysi in die qua pre
cepisti ei scribere legem tuam coram
filiis israel dicens. Si non ob
audieritis vocem meam. multi
tudo hec magna et multa con
vertetur in minimum inter gen
tes quo ego dispergam illos:
quia scio quod me non audiet
populus. Populus est enim dura
cervice: et convertetur ad cor
suum in terra captivitatis su
e: et scient quia ego sum dominus
deus eorum. Et dabo eis cor et
intelligent. et aures et audi
ent. et laudabunt me in terra
captivitatis sue: et memores
erunt nominis mei. Et avertent
se a dorso suo duro. et a ma
lignitatibus suis: quia remi
niscentur viam patrum suorum.
qui peccaverunt in me. Et
revocabo illos in terram quam

iuravi patribus illorum abra
ham et ysaac et iacob. et do
minabuntur eius: et multipli
cabo eos et non minorabun
tur. Et statuam illis testamen
tum alterum sempiternum. ut sim
illis in deum. et ipsi erunt michi in
populum: et non movebo amplius
populum meum filios israel a ter
ra quam dedi illis. Capitulum iii.

Et nunc domine omnipo
tens deus israel: anima
in angustiis et spi
ritus anxius clamat ad te.
Audi domine et miserere. quia de
us es misericors. et miserere
nostri: quia peccavimus ante te.
quia tu sedes in sempiter
num: et non peribimus in e
vum. Domine omnipotens deus is
rael. audi nunc orationem mor
tuorum israel: et filiorum ipsorum:
quia peccaverunt ante te. et
non audierunt vocem domini dei
sui: et agglutinata sunt no
bis mala. Noli meminisse ini
quitates patrum nostrorum: sed
memento manus tue et no
minis tui in tempore isto: quia

tu es dn̄s deus nr̄. et laudabi
mus te dn̄e: quia ꝓpter hoc
dedisti timorē tuū in cordibꝫ
nr̄is. et ut invocemus nomē
tuū et laudemus te in capti
uitate nr̄a: quia cōuertemur
ab iniquitate patrū nr̄oꝝ
qui peccauerūt ante te. Et ec
ce nos hodie in captiuitate
nr̄a sumus quo nos dispsisti
in impperiū et in maledictū
et in peccatū: sedm̄ omēs ini
quitates patrū nr̄oꝝ. qui
discesserūt a te dn̄e deus noster.
Audi isrl' mandata uite: au
ribus pape ut scias pruden
ciā. Quid est isrl' q in terra
inimicoꝝ es? Inueterasti in
tra aliena: coinquinatus
es cū mortuis: deputatus es
cū descendentibꝫ in infernū.
Dereliquisti fontē sapientie.
Si in uia dei ambulasses: ha
bitasses utiqꝫ in pace sempit
na. Disce ubi sit sapiētia ubi
sit prudentia ubi sit uirtus.
ubi sit intellectus: ut scias
simul ubi sit longiturnitas
uite et uictus: ubi sit lumē

oculorū et pax. Quis inue
nit locū eius: et quis intra
uit in thesauros eius? Ubi
sūt principes gentiū: et q
dn̄antur sup bestias que
sūt sup terrā? Qui in auibꝫ
celi ludūt: qui argentū thes
aurisant. et aurū in quo cō
fidunt homīes: et non est fi
nis acquisitionis eoꝝ. Qui
argentū fabricant et sollici
ti sūt: nec est inuentio operū
illoꝝ. Exterminati sūt et
ad inferos descenderūt: et alij
in loco eoꝝ surrexerūt. Iu
uenes uiderūt lumē: et habi
tauerūt sup terrā. Uiam aūt
discipline ignorauerūt. neqꝫ
intellexerūt semitas eius: ne
qꝫ filij eoꝝ susceperūt eam.
A facie eoꝝ longe facta est.
Non est audita in terra cha
naān: neqꝫ uisa est in the
man. Filij quoqꝫ agar qui
exquisierūt prudenciā que
de terra est: et negociatores
terre et theman et fabulato
res et exquisitores prudēcie
et intelligencie. Uiam autē

sapientie nescierunt: neque com
memorati sunt semitas eius.
O israel quam magna est domus
dei: et ingens locus possessi
onis eius: magnus et non
habet finem. excelsus et immen
sus. Ibi fuerunt gygantes no
minati illi qui ab initio fue
runt: statura magna. scien
tes bellum. Non hos elegit de
us neque viam discipline dedit
illis: propterea perierunt. Et quia
non habuerunt sapientiam: in
terierunt propter suam insipientiam.
Quis ascendit in celum et ac
cepit eam: et deduxit eam de
nubibus? Quis transfretauit
mare et inuenit eam: et attu
lit illam super aurum electum? Non
est qui possit scire vias eius:
neque qui exquirat semitas
eius. Sed qui scit vniuersa
nouit eam: et inuenit eam
prudentia sua. Qui prepara
uit terram in eterno tempore:
et repleuit eam pecudibus et
quadrupedibus. Qui emit
tit lumen et vadit: et voca
uit illud. et obaudit illi in
tremore. Stelle autem lumen
dederunt in custodiis suis: et
letate sunt. Vocate sunt: et dixe
runt. Adsumus. Et luxerunt
ei cum iocunditate: qui fecit
illas. Hic est deus noster: et non
estimabitur alius aduersus
eum. Hic adinuenit omnem
viam discipline: et tradidit
illam iacob puero suo. et isra
heli dilecto suo. Post hec in terris
visus est: et cum hominibus con
uersatus est. Capitulum iiij.

Hic liber mandato
rum dei: et lex que est
in eternum. Omnes
qui tenent eam peruenient ad
vitam: qui autem dereliquerint
eam in mortem. Conuertere ia
cob et apprehende eam: ambu
la per viam ad splendorem eius
contra lumen eius. Ne tra
das alteri gloriam tuam: et digni
tatem tuam genti aliene. Be
ati sumus israel: quia que deo
placent nobis manifesta
sunt. Animequior esto populus
dei: memorabilis israel. Ve
numdati estis gentibus non in

p̄dicionē: sed ꝓpter quod in ira
ad iracundiam ꝓuocastis de
um. traditi estis aduersari
is. Exacerbastis enī eū qui
fecit vos deū eternū: īmolā
tes demoniis et non deo. Ob
liti autē estis deū qui nutri
uit vos: et cōtristatis nutri
cem v̄ram ierlm̄. Vidi enim
iracundiā a deo venientē vo
bis: et dixi. Audite confines
syon. Adduxit enī michi de
us luctū magnū. Vidi enī
captiuitatē ꝑpli mei filiorū
meorū et filiarū: quā sup
duxit illis eternus. Nutriui
enī illos cū iocunditate: di
misi autē illos cū fletu et luc
tu. Nemo gaudeat super me vi
duā et desolatā. A multis
derelicta sū ꝓpter pctā filiorū
meorū: quia declinauerunt
a lege dei. Iusticias autē ipsi
us nescierūt: nec ambulaue
runt per vias mandatorū
dei: neq; p semitas veritatis
eius cū iusticia ingressi sūt.
Veniāt confines syon: et
memorentur captiuitatē filio
rū et filiarū meorū. quam
supduxit illis eternus. Ad
duxit enī sup illos gentē de
longinquo gentē improbā
et alterius lingue. qui non
sūt reueriti senē. neq; puero
rū miserti sūt: et adduxerūt
dilectos vidue. et a filiis v
nicā desolauerūt. Ego autē
quid possū adiuuare vos?
Qui enī adduxit sup vos
mala: ipse vos eripiet de ma
nibz inimicorū v̄rorū. Am
bulate filij ambulate. Ego
enī derelicta sum sola. Exui
me stola pacis. indui au
tē me sacco obsecrationis:
et clamabo ad altissimū in
diebus meis. Animequiores
estote filij. clamate ad dn̄m:
et eripiet vos de manu prin
cipū inimicorū. Ego enī spe
raui in eternū salutē v̄ram:
et venit michi gaudiū a sc̄o
sup misericordia que veniet
vobis ab eterno salutari
v̄ro. Emisi enī vos cū luctu
et ploratu: reducet autem
vos michi dn̄s cū gaudio

et iocūditate in sempiternū
Sicut enī viderūt vicine syō
captiuitatē vrām: sic vide
bunt et in celeritate salutē
vrām a deo. que superueniet
vobis cū honore magno et
splendore eterno. Filij paciē
ter sustinete irā. que super
uenit vobis. Persecutus est enī
te inimicus tuus: sed cito vi
debis pditionē ipsius: et sup
ceruices ipsius ascendes. Deli
cati mei ambulauerūt vias
asperas: ducti sūt enī ut
grex direptus ab inimicis.
Animequiores estote filij:
et pclamate ad dñm. Erit
enī memoria vrā ab eo qui
ducit vos. Sicut enī fuit sē
sus vr̄ ut erraretis a deo:
decies tantū iterū cōuertentes
requiretis eū. Qui enī induxit
vobis mala: ipse rursū ad
ducet vobis sempiternā io
cunditatē cū salute vrā. A
nimequior esto ihrl'm: ex
hortatur enī te qui te nomīa
uit. Nocentes peribūt qui
te vexauerūt: et qui gratu
lati sūt in tua ruina puni
entur. Ciuitates quibz seruie
runt filij tui punientur: q
accepit filios tuos. Sicut
enī gauisa est in tua ruina
et leta est in tuo casu. sic
contristabitur in sua desolati
one: et amputabitur exul
tatio multitudinis eius: et
gaudimoniū eius erit in
luctū. Ignis enī superueniet
ei ab eterno in longiturnis
diebus: et habitabitur a
demonijs in multitudinē
temporis. Circūspice ihrl'm
ad orientē: et vide iocūdita
tem a deo tibi venientem.
Ecce enī veniūt filij tui q̄s
dimisisti dispersos: veniūt
collecti ab oriente usqz ad oc
cidentē. in verbo sc̄i gaudētes
in honorē dei. Capitulum v.
Exue te ihrl'm stola
luctus et vexatio
nis tue: et indue
te decore et honorē eius que
a deo tibi est in sempiterna
gloria. Circūdabit te diploi
de deo iusticie: et imponet

misericordiā capiti tuo honoris e
terni. Deus enī ostendet splē
dorē suū in te: qui sub celo ē.
Nominabitur enī tibi nomē
tuū a deo in sempiternū: pax
iusticie et honor pietatis. Ex
urge ierusalem et sta in excelso.
et circumspice ad orientē: et vi
de collectos filios tuos ab ori
ente sole usqȝ ad occidentē.
in verbo sancti gaudentes
dei memoria. Exierunt enī abs
te pedibȝ. ducti ab inimicis:
adducet autē illos dn̄s ad
te portatos in honorē sicut
filios regni. Constituit enī
deus humiliare omnē montem
excelsū. et rupes perhennes. et
convalles replere in equalita
tem terre: ut ambulet isrl'
diligenter in honorē dei. Ob
umbraverunt autē silue et
omne lignū suavitatis isrl'
mandato dei. Adducet enī
deus isrl' cū iocunditate in lu
mine maiestatis sue: cū mi
sericordia et iusticia que est
ab ipso. Exemplū epistole
quā misit iheremias ad
abductos captivos in ba
biloniā a rege babilonio
rū. ut annūciaret ill' scd'm
qd' preceptū est illi a deo.

Capitulū vi.

Propter peccata que
peccastis ante deū:
adducemini in babiloniam
captivi a nabuchodonosor
rege babiloniorū. Ingres
si itaqȝ in babiloniā: eritis
illic annis pluribus et tem
pus longū. usqȝ ad genera
tiones septē. Post hoc autē
adducā vos inde cū pace.
Nunc autē videbitis in babi
lonia deos aureos et argen
teos et lapideos et ligneos
in humeris portari: osten
tantes metū gentibȝ. Videte
ergo ne et vos similes efficia
mini factis alienis et metu
atis: et metus vos capiat
in ipsis. Visa itaqȝ turba de
retro et ab ante: adorantes
dicite in cordibus vr̄is. Te o
portet adorari dn̄e. Angelus
autē meus vobiscū est. Ipse
autē exquirā aīas vr̄as.

Nam lingua ipsorum polita a
fabro: ipsa etiam inaurata et
inargentata falsa sunt: et non
possunt loqui. Et sicut virgi-
ni amanti ornamenta: ita
accepto auro fabricata sunt.
Coronas certe habent aure-
as super capita sua dii illorum.
Unde subtrahunt sacerdotes
ab illis aurum et argentum: et
erogant illud in semetipsis.
Dant autem et ex ipso prostitutis.
et meretrices ornant: et ite-
rum cum receperint illud a mere-
tricibus ornant deos suos.
Hii autem non liberantur ab
erugine et tinea. Opertis
autem illis veste purpurea. ex-
tergent faciem ipsorum: propter
pulverem domus qui est plu-
rimus inter eos. Sceptrum au-
tem habet ut homo: sicut
iudex regionis. qui in se pec-
cantem non interficit. Habet
etiam gladium in manu et secu-
rim: se autem de bello et a la-
tronibus non liberat. Unde
vobis notum sit: quia non
sunt dii. Non ergo veneremini
eos. Sicut enim vas hominis
confractum inutile efficitur:
tales sunt et dii illorum. Consti-
tutis illis in domo: oculi eo-
rum pleni sunt pulvere a pedi-
bus introeuntium. Et sicut ali-
cui qui regem offendit. circum-
septe sunt ianue. aut sicut ad
sepulchrum adductum mortuum:
ita tutant sacerdotes ostia
clausuris et seris ne a latroni-
bus expolient. Lucernas ac-
cendunt illis et quidem multas:
ex quibus nullam videre possunt.
Sunt autem sicut trabes in do-
mo. Corda vero eorum dicunt
elingere serpentes qui de terra
sunt: dum comedunt eos. et vesti-
mentum eorum et non sentiunt.
Nigre sunt facies eorum a fumo
qui in domo fit. Supra corpus
eorum et supra caput eorum vo-
lant noctue et hyrundines:
et aves etiam similiter et catte. Unde
scietis quia non sunt dii. Ne
ergo timueritis eos. Aurum eti-
am quod habent ad speci-
em est. Nisi aliquis exterserit
eruginem: non fulgebunt. Neque

cũ dñ conflarentur sculpebãt.
Et omnĩ precio empta sũt: in
quibꝫ sp̃us non est in ipsis.
Sine pedibus in humeris
portantur: ostentantes igno
bilitatẽ suã hominibꝫ. Con
fundantur etiã qui colũt ea.
Ppterea si ceciderint in terrã.
a semetip̃is non surgent: ne
qꝫ si quis eũ statuerit rectũ
p semetip̃m stabit: sed sicut
mortuis munera eorũ illis
apponentur. Hostias illorũ
sacerdotes ip̃or vendũt: et
abutuntur. Similiter et muli
eres eorũ decerpentes: neqꝫ in
firmo neqꝫ mendicanti ali
quid impartiũt. De sacrifi
ciis eorũ fete et menstruate
contingũt. Scientes itaqꝫ ex
his quia non sũt dij: ne ti
meatis eos. Vnde enĩ vocan
tur dij? Quia mulieres ap
ponũt dijs argenteis et au
reis et ligneis: et in domibꝫ
eorũ sacerdotes sedent haben
tes tunicas scissas. et capita
et barbã rasã: quorũ capi
ta nuda sunt. Rugiũt autẽ

clamantes contra deos suos:
sicut in cena mortui. Vesti
menta eorũ auferũt sacerdo
tes: et vestiũt vxores suas et
filios suos. Neqꝫ si quid ma
li patiuntur ab aliquo: neqꝫ
si quid boni poterũt retribu
ere. Neqꝫ regẽ constituere pos
sunt: neqꝫ auferre. Similiter
neqꝫ diuitias dare possunt:
neqꝫ malũ retribuere. Si q̃s
illis votũ vouerit et nõ red
diderit: nec hoc requirũt. Ho
minẽ a morte non liberãt:
neqꝫ infirmũ a potentiore eri
piũt. Hominẽ cecũ ad visũ
non restituent: de necessitate
hoĩem non liberabũt. Vidu
e non miserebuntur: neqꝫ or
phanis benefacient. Lapidi
bus de monte similes sũt dij
eorũ: lignei et lapidei aurei
et argentei. Qui autẽ colũt
illa: confundentur. Quomõ
ergo estimandũ est aut di
cendũ illos esse deos? Adhuc
enĩ ip̃is chaldeis nõ honorã
tibꝫ ea. qui cũ audierint
mutũ non posse loqui of

ferunt illū ad bel. postulā-
tes ab eo loqui: quasi pos-
sint sentire. qui non habēt
motū. Et ipsi cū intellexerīt
relinquēt ea. Sēsū eīn nō ha-
bent ipsi dii illorū. Mulie-
res autē circūdatē funibz ī
viis sedent: succendentes ossa
olivarū. Cū autē aliqua
ex ipsis abstracta ab aliquo
trāseunte dormierit. proxime
sue exprobrat qd ea non sit
digna habita sicut ipsa: ne-
qz funis eius disruptus sit. Om-
nia autē que illis fiunt. falsa
sunt. Quomodo autē esti-
mandū aut dicendū ē illos
esse deos? A fabris autē et ab
aurificibz facta sūt. Nichil a-
liud erūt: nisi id qd volūt
esse sacerdotes. Artifices etiā
ipsi qui ea faciūt: non sunt
multi temporis. Nūquid
ergo possūt que ab ipsis fa-
bricata sūt esse dii? Reliq-
runt autē falsa: et opprobriū
postea futuris. Nam cum
supvenerit illis preliū et
mala: cogitant sacerdotes
ubi se abscondant cū illis.
Quomodo ergo sentiri debe-
ant qm dii sūt qui nec de
bello se liberant. neqz de ma-
lis se eripiūt? Nam cū sint
lignea et lapidea et inaura-
ta et inargentata: scietur post-
ea quia falsa sūt gentibus
universis et regibz que ma-
nifesta sūt quia nō sūt dii.
sed opera manuū hominū:
et nullū opus dei in illis ē.
Unde ergo notū est quia nō
sunt dii: sed opera manuū
hoīm. et nullum dei o-
pus in ipsis est. Regem regio-
ni non suscitant: neqz pluviā
hominibus non dabūt. Iudi-
ciū quoqz nō discernent: neqz
regionē liberabūt ab iniuri-
a: quia nichil possūt. sicut
cornicule inter mediū celi
et terre. Etenī cū inciderit ig-
nis in domū deorū ligneorū
aureorū et argenteorū. sacer-
dotes quidē ipsorū fugient et
liberabuntur: ipsi vero sicut
trabes in medio cōburentur.
Regi autē et bello nō resistent.

Quomodo ergo estimādū
est aut dicendū quia dij sūt?
Non a furibus neq̄ a latro
nibꝫ se liberabunt dij lignei
et lapidei et inaurati et in
argentati: quibus hij qui
fortiores sūt. aurū et argē
tū et vestimentū quo operti
sūt auferent illis et abibūt:
nec sibi auxiliū ferūt. Itaq̄
melius est esse regē ostentā
tem virtutē suā. aut vas
in domo utile in quo glori
abitur qui possidet illud q̄
falsi dij: vel ostiū in domo
qd̄ custodit que in ipsa sūt
q̄ falsi dij. Sol quidē et lu
na et sydera cū sint splendi
da et emissa ad utilitates:
obaudiūt. Similiter et ful
gur cū apparuerit pspicuū ē.
Idipsū autē et spūs in omni
regione spirat. Et nubes q̄
bus cū imperatū fuerit a deo
pambulare universū orbē:
perficiūt qd̄ īperatū ē eis. Ignis
etiā missus desup ut consu
mat mōtes et silvas: facit
qd̄ pceptū ē ei. Hec autē ne

q̄ speciebꝫ neq̄ virtutibꝫ uni
eorū similia sūt. Unde neq̄
estimandū est neq̄ dicendū
esse illos deos quādo nō pos
sūt neq̄ iudiciū iudicare
neq̄ facere hominibꝫ. Scientes
itaq̄ quia nō sūt dij: ne er
go timueritis eos. Neq̄ eīn
regibꝫ maledicent neq̄ be
nedicēt. Signa etiā in celo
gentibꝫ non ostendūt: ne
q̄ ut sol lucebūt: neq̄ illu
minabūt ut luna. Bestie
meliores sūt illis: que pos
sūt fugere sub tectū ac pdes
se sibi. Nullo itaq̄ modo no
bis est manifestū quia sunt
dij: ꝓpter qd̄ ne timeatis eos.
Nā sicut in cucumerario for
mido nichil custodit: ita
sūt dij illorū lignei et argē
tei et inaurati. Eodē modo et ī
orto spina alba supra quā
omnis avis sedet. Similit̄ et
mortuo pjecto in tenebris si
miles sūt dij illorū lignei et
inaurati et inargētati. A pur
pura quoq̄ et marmore q̄
sup illud tineat: scietis ita

q quia nō sūt dij. Ipsi etiā
postremo comedūt': et erit
opprobriū in regione. Melior
ē homo iustus qui nō ha
bet simulacra. Nā erit lōge
ab opprobrijs. Explicit liber
baruch. Incipit plog' sci ihe
ronimi p̄sbri ī ezechielē p̄phā.



Zechiel p̄phe
ta cū ioachī
rege iuda
captiuus
ductus est
in babilonē: ibiq hijs qui
cū eo captiui fuerāt p̄pheta
uit: penitentib q ad ihere
mie vaticiniū se ultro adū
sarijs tradidisse: et viderēt
adhuc urbē iherosolimam
stare. quā ille casurā esse p̄
dixerat. Tricesimo aūt eta
tatis sue āno et captiuita
tis quīto: exorsus ē ad con
captiuos loqui. Et eodē tpe
licet posterior. hic in chalde
a: ieremias in iudea p̄phe
tauerūt. Sermo eius nec sa
tis disertus nec admodū rus
ticus ē: sed ex vtroq medie
temperatus. Sacerdos et ipe sic
ut et iheremias: p̄ncipia vo
luminis et finē magnis habēs
obscuritatib inuoluta. Sed
et vulgata eius editio non
multū distat ab hebraico. Vn
de satis miror qđ cause extite
rit: ut si eosdē in vniuersis li
bris haberēt interp̄tes: in a
lijs eadē et in alijs diuersa
transtulerint. Legite igit̄ et hūc
iuxta translationē nrām: q̄
a per cola scriptus et comma
ta. manifestiorē sensū legēti
bus tribuit. Si aūt amici
mei et hūc subsannauerint: di
cetis eis. q nēo eos cōpellat
ut legant. Sed vereor ne il
lud eis eueniat qđ greci signi
ficantius dicūt ut vocentur fa
golidoros: hoc ē manducās
sencia. Explicit. plog. Inci
pit ezechiel p̄pha.



T fac
tū ē
in tri
cesimo

anno. in quarto in quinta
mensis. cū essem in medio
captivorū iuxta fluviū cho
bar: aperti sūt celi et vidi
visiones dei. In quinta men
sis. ipse est annus quintus trās
migrationis regis ioachī:
factū est verbū dñi ad eze
chiel filiū buzi sacerdotē in
terra chaldeorū. secus flu
men chobar. Et facta ē sup
eū ibi manus dñi. Et vidi:
et ecce ventus turbinis venie
bat ab aquilone et nubes
magna et ignis involuēs:
et splendor in circuitu eius.
Et de medio eius quasi spe
cies electri: id est de medio ig
nis. Et ex medio eorū: simi
litudo quatuor aīaliū. Et
hic aspectus eorū: similitu
do hominis in eis. Et quatuor
facies uni: et quatuor pēne
uni. Et pedes eorū pedes recti:
et planta pedis eorū quasi
planta pedis vituli: et scin
tille quasi aspectus eris can
dentis. Et manus hominis sub
pennis eorū: in quatuor par

tibus. Et facies et pennas
per quatuor partes habebāt:
iunctequ erant penne eorū
alterius ad alterū. Non re
vertebantur cū incederent: sed
unūquodq; ante faciē suā gra
diebatur. Similitudo autē
vultus eorū: facies hominis
et facies leonis a dextris ipso
rū quatuor. Facies autē bo
vis a sinistris ipsorū qua
tuor: et facies aquile desup
ipsorū quatuor. Et facies eo
rū et penne eorū. extente de
sup. Due penne singulorum
iungebantur: et due tegebant
corpora eorū. Et unūquodq;
eorū. corā facie sua ambula
bat. Ubi erat impetus spūs il
luc gradiebantur: nec rever
tebantur cū ambularent. Et
similitudo aīaliū aspectus
eorū quasi carbonū ignis
ardentiū: et quasi aspectus
lampadarū. Hec erat visio
discurrens in medio aīa
liū: splendor ignis. et de igne
fulgur egrediens. Et aīa
lia ibant et revertebantur:

in similitudinē fulguris
choruscātis. Cumq; aspicerē
aīalia: apparuit rota v
na sup terrā iuxta aīali
a habens quatuor facies.
Et aspectus rotarū et opus
earū quasi visio maris: et
vna similitudo ipsarū qua
tuor. Et aspectus earū et o
pera: quasi si sit rota ī me
dio rote. Per quatuor partes
earū euntes ibant: et nō re
uertebantur cū ambularent.
Statura quoq; erat rotis et
altitudo et horribilis aspec
tus: et totū corpus plenū
oculis in circuitu ipsarū qua
tuor. Cumq; ambularent aīali
a: ambulabāt pariter et rote
iuxta ea. Et cū eleuarentur
aīalia de terra: eleuabantur
simul et rote. Quocūq; ibat
spūs: illuc eunte spiritu. et
rote pariter leuabantur seque
tes eū. Spiritus eni vite erat
in rotis. Cū euntibz ibant
et cū stantibz stabant: et cū
eleuatis a terra pariter eleuabātur
et rote sequentes ea: quia

spūs vite erat in rotis. Et si
militudo sup caput aīaliū
firmamēti quasi aspectus
cristalli horribilis: et exten
sup capita eorū desup. Sub
firmamento autē penne eo
rū recte alterius ad alterū. V
nūquodq; duabz alis velabat
corpus suū: et alterū simili
ter velabatur. Et audiebā
sonū alarū quasi sonū aq
rū multarū: quasi sonū
sublimis dei. Cū ambularent
quasi sonus erat multitudi
nis: ut sonus castrorū. Cumq;
starent: dimittebantur penne
eorū. Nā cū fieret vox super
firmamentū qd' erat super
caput eorū: stabant et sub
mittebant alas suas. Et
sup firmamentū qd' erat
imminens capiti eorū: quasi
aspectus lapidis saphiri si
militudo throni. Et sup simi
tudinē throni: similitudo q
si aspectus hoīs desup. Et
vidi quasi speciē electri. ve
lut aspectū ignis intrinsecus
eius per circuitū: a lumbis

nus et desup. Et a lūbis ei⁹
usq deorsū. vidi quasi speci
em ignis splendentis in cir
cuitu: velut aspectū arcus
cū fuerit in nube in die plu
uie. Hic erat aspectus splē
doris per gyrū. Caplm ij
H Ec visio similitu
dinis glorie dñi.
Et vidi et cecidi ī
faciem meā: et audiui vo
cem loquentis. Et dixit ad
me. Fili hoīs sta supra pe
des tuos: et loquar tecū. Et
ingressus est in me spiritus
postq̄m locutus est michi:
et statuit me supra pedes me
os. Et audiui loquentē ad
me: et dicentē. Fili hoīs
mitto ego te ad filios isrl:
ad gētes apostatrices q recesse
runt a me. Patres eorū p̄uari
cati sūt pactū meū usq
ad diē hanc: et filij dura fa
cie et indomabili corde sūt.
Ad quos ego mitto te. Et di
ces ad eos. Hec dicit dñs de
us. Si forte vel ipi audiāt.
et si forte quiescant: qm do

mus exasperans est. Et sciet
quia ppheta fuerit in medi
o eorū. Tu ergo fili hoīs
ne timeas eos. neq sermões
eorū metuas: qm incredu
li et subuersores sūt tecū: et
cū scorpionibz habitas. Ṽ
ba eorū ne timeas: et vult⁹
eorū ne formides: quia do
mus exasperans est. Loq̄
ris ergo verba mea ad eos:
si forte audiant et quiescāt:
qm irritatores sūt. Tu autē
fili hoīs audi quecūq lo
quar ad te: et noli esse exas
perans. sicut domus exas
peratrix est. Aperi os tuū:
et comede quecūq ego do ti
bi. Et vidi: et ecce man⁹ mis
sa ad me. in qua erat invo
lutus liber. Et expandit il
lū corā me: qui erat script⁹
intus et foris. Et scripte erāt
in eo lamentationes. et car
men et ve. Caplm tertiū.
E T dixit ad me. Fi
li hoīs qdcūq
inveneris comede.
Comede volumē istud: et

vadens loquere ad filios is-
rael. Et aperui os meū: et
cibavit me volumine illo.
Et dixit ad me. Fili hominis
venter tuus comedet: et vis-
cera tua cōplebuntur volu-
mine isto quod ego do tibi. Et
comedi illud: et factū est in
ore meo sicut mel dulce. Et
dixit ad me. Fili hominis va-
de ad domū israel: et loqueris
verba mea ad eos. Nō enim
ad populum profundi sermonis
et ignote lingue tu mitteris
ad domū israel: neque ad po-
pulos multos profundi sermo-
nis et ignote lingue. quorum
nō possis audire sermones.
Et si ad illos mittereris: ipsi
audirent te. Domus autē
israel nolunt audire te: quia
nolunt audire me. Omnis
quippe domus israel attrita
fronte ē: et duro corde. Ecce
dedi faciē tuā valentiorē fa-
ciebus eorū: et frontē tuā du-
riorē frontibus eorū. Ut ada-
mantē et ut silicē dedi faciē
tuā. Ne timeas eos neque me-

tuas. a facie eorū: quia do-
mus exasperans est. Et dixit
ad me. Fili hominis omnes ser-
mones meos quos loquor
ad te assume in corde tuo.
et auribus tuis audi: et vade
ingredere ad transmigrationē.
ad filios populi tui: et loque-
ris ad eos et dices eis. Hec
dicit dominus deus: si forte audi-
ant et quiescant. Et assump-
sit me spiritus: et audivi post
me vocē commotionis mag-
ne. benedicta gloria domini de
loco suo: et vocē alarū ani-
maliū percutientiū alterā ad
alterā. et vocē rotarū sequen-
tiū animalia: et vocē commo-
tionis magne. Spiritus quo-
que levavit me et assumpsit
me: et abii amarus in indig-
natione spiritus mei. Manus
enim domini erat mecū. confortans
me. Et veni ad transmigrati-
onem ad acervum novarū
frugū: ad eos qui habita-
bant iuxta flumen chobar:
Et sedi ubi illi sedebant: et
mansi ibi septē diebus merens

in medio eorum. Cum autem per
transissent septem dies: factum est
verbum domini ad me dicens.
Fili hominis speculatorem de
di te domui israel. Et audies
de ore meo verbum: et annunci
abis eis ex me. Si dicente
me ad impium morte morie
ris: non annunciaveris ei ne
que locutus fueris ut averta
tur a via sua impia et vi
vat: ipse impius in iniqui
tate sua morietur: sanguinem
autem eius de manu tua re
quiram. Si autem tu annunci
averis impio. et ille non fue
rit conversus ab impietate
sua. et a via sua impia: ip
se quidem in iniquitate sua
morietur: tu autem animam
tuam liberasti. Sed et si con
versus iustus a iusticia sua
fecerit iniquitatem: ponam of
fendiculum coram eo. Ipse morie
tur: quia non annunciasti
ei. In peccato suo morietur: et
non erunt in memoria iusti
cie eius quas fecit: sangui
nem vero eius de manu tu

a requiram. Si autem tu annun
ciaveris iusto ut non peccet
iustus. et ille non peccave
rit: vivens vivet quia an
nunciasti ei: et tu animam tuam
liberasti. Et facta est super me
manus domini: et dixit ad
me. Surgens egredere in cam
pum: et ibi loquar tecum. Et
surgens egressus sum in cam
pum: et ecce ibi gloria domini sta
bat quasi gloria quam vidi
iuxta fluvium chobar. Et ce
cidi in faciem meam. Et ingres
sus est in me spiritus: et statu
it me super pedes meos. Et lo
cutus est michi: et dixit ad
me. Ingredere et includere in
medio domus tue. Et tu fili
hominis. ecce data sunt super te
vincula: et ligabunt te in
eis: et non egredieris in me
dio eorum. Et linguam tuam
adherere faciam palato tuo:
et eris mutus. nec quasi
vir obiurgans: quia domus
exasperans est. Cum autem lo
cutus fuero tibi. aperiam os
tuum: et dices ad eos. Hec di

at dñs deus. Qui audit
audiat: et qui quiescit q̃
escat: q̃a dom⁹ exasperãs ẽ.
ET Capłm iiij.
Et tu fili hominis su
me tibi laterẽ. et
pones eũ corã te: et descri
bes in eo ciuitatẽ ihrlm. et
ordinabis aduersũ eã ob
sidionẽ: et edificabis mu
nitiones. et cõportabis ag
gerẽ. et dabis contra eã cas
tra: et pones arietes in gy
ro. Et tu sume tibi sartagi
nem ferreã et pones eã mu
rũ ferreũ inter te et inter ci
uitatẽ: et obfirmabis faciẽ
tuã ad eam: et erit in obsi
dionẽ. et circũdabis eã. Sig
nũ est domui isrł. Et tu dor
mies sup latus tuũ sinistrũ:
et pones iniquitates dom⁹
isrł sup eo. numero dierũ
quib; dormies sup illud:
et assumes iniquitates eo
rũ. Ego autẽ dedi tibi an
nos iniquitatis eorũ. nu
mero dierũ trecentos et no
naginta dies: et portabis
iniquitatẽ domus isrł. Et
cũ cõpleueris hec dormies
sup latus tuũ dextrũ secũdo:
et assumes iniquitatẽ do
mus iuda quadraginta di
ebus. Diem pro anno: diẽ
inq̃ pro anno dedi tibi. Et
ad obsidionẽ ihrlm cõuer
tes faciẽ tuã: et brachiũ tu
um erit extentũ: et ꝓpheta
bis aduersũ eam. Ecce cir
cũdedi te vinculis: et nõ te
cõuertes a latere tuo in lat
aliud: donec cõpleas dies
obsidionis tue. Et tu sume
tibi frumentũ et ordeũ et fa
bam et lentẽ. et miliũ et vi
ciã. et mittes ea in vas v
nũ: et facies tibi panes nu
mero dierũ quib; dormies
sup latus tuũ. Trecentis et
nonaginta dieb; comedes
illud. Cibus autẽ tuus quo
vesceris erit in pondere vigi
ti stateres in die. A tempore
usq; ad tempus comedes il
lud. Et aquã in mensura
bibes: sextã partẽ hyn. A
tempe usq; ad tempus bi

bes illud. Et quasi subcine
ricium ordeaceum comedes illud:
et stercore quod egredietur de ho
mine operies illud in oculis
eorum. Et dixit dominus. Sic come
dent filii israel panem suum pol
lutum inter gentes: ad quas
eiciam eos. Et dixi. A. a. a. domine
deus. Ecce anima mea non est
polluta: et morticinum et la
ceratum a bestiis non comedi
ab infancia mea usque nunc:
et non est ingressa os meum om
nis caro inmunda. Et dixit
ad me. Ecce dedi tibi fimum
boum pro stercoribus humanis:
et facies panem tuum in eo. Et
dixit ad me. Fili hominis ecce
ego conteram baculum panis
in ierusalem: et comedent panem
in pondere et in sollicitudine.
et aquam in mensura et in an
gustia bibent: ut deficientibus pa
ne et aqua corruat unusquisque
ad fratrem suum: et contabescant
in iniquitatibus suis. Capitulum V

Et tu fili hominis. V
sume tibi gladi
um acutum radentem
pilos: et assumes eum et du
ces per caput tuum. et per bar
bam tuam. Et assumes tibi
stateram ponderis: et divides
eos. Terciam partem igni com
bures in medio civitatis:
iuxta completionem dierum ob
sidionis. Et assumes terci
am partem: concides gladio
in circuitu eius. Terciam vero
aliam disperges in ventum: et
gladium nudabo post eos.
Et sumes inde parvum nume
rum: et ligabis eos in summi
tate pallii tui. Et ex eis rur
sum tolles et proicies in medio
ignis: et combures eos ig
ni. Ex eo egredietur ignis
in omnem domum israel. Hec di
cit dominus deus. Ista est ierusalem.
In medio gentium posui eam:
et in circuitu eius terras.
Et contempsit iudicia mea:
ut plus esset impia quam gen
tes: et precepta mea ultra
quam terre que in circuitu eius
sunt. Iudicia enim mea proie
cerunt: et in preceptis meis
non ambulaverunt. Idcirco

hec dicit dñs deus. Quia
superastis gentes que in
circuitu vestro sunt. in preceptis
meis nõ ambulastis. et iu-
dicia mea nõ fecistis. et iux-
ta iudicia gentiũ que in
circuitu vestro sunt non estis
operati: ideo hec dicit dñs
deus. Ecce ego ad te: et ipse
ego faciã in medio tui iu-
dicia in oculis gentiũ. Et
faciã in te que nõ feci et qui-
bus similia ultra nõ facia-
am: propter omnes abhominati-
ones tuas. Ideo patres cõ-
edent filios in medio tui:
et filii comedent patres su-
os. Et faciã in te iudicia:
et ventilabo universas re-
liquias tuas in omnẽ ven-
tũ. Idcirco vivo ego dicit
dñs deus: nisi pro eo qd scm̃
meũ violasti in omnibus of-
fensionibus tuis et in omni-
bus abhominationibus tuis:
ego quoque confringã. et nõ
parcet oculus meus et nõ
miserebor. Tertia pars tui
peste morietur. et fame cõsu-
metur in medio tui: et tertia tui
pars gladio cadet in circui-
tu tuo. Tertiã vero partem
tuã in omnẽ ventũ disper-
gam: et gladiũ evaginabo
post eos. Et complebo furo-
rem meũ: et requiescere fa-
ciam indignationẽ meã in e-
is: et cõsolabor. Et scient quia
ego dñs locutus sũ in zelo
meo: cũ implevero indigna-
tionẽ meã in eis. Et dabo te
in desertũ et in opprobriũ gen-
tibus que in circuitu tuo sunt:
in conspectu omnis pretereun-
tis. Et eris opprobriũ et blas-
phemia. exemplũ et stupor
in gentibus que in circuitu
tuo sunt: cũ fecero in te iudi-
cia in furore et in indigna-
tione et in increpationibus
ire. Ego dñs locutus sum.
Quãdo misero sagittas fa-
mis pessimas in eos que
erunt mortifere. et quas mit-
tam ut disperdã vos: et fa-
mẽ congregabo sup vos. et
conteram vobis baculũ pa-
nis. et immittam in vos fa-

ueni et bestias pessimas
usque ad internecionem. Et pes
tilentia et sanguis transibunt
per te: et gladium inducam sup
er te. Ego dominus locutus sum.

ET Capitulum vi.

factus est sermo
domini ad me dicens.
Fili hominis pone faciem tuam
ad montes israel: et prophetabis
ad eos et dices. Montes israel
audite verbum domini dei. Hec
dicit dominus deus montibus et
collibus: rupibus et vallibus.
Ecce ego inducam super vos gla
dium. et disperdam excelsa vestra
et demoliar aras vestras. et con
fringentur simulachra vestra:
et deiciam interfectos vestros an
te ydola vestra. Et dabo cada
vera filiorum israel ante faciem
simulachrorum vestrorum: et disp
ergam ossa vestra circum aras vestras.
in omnibus habitationibus
vestris. Urbes deserte erunt et excel
sa demolientur et dissipabun
tur. et interibunt are vestre et con
fringentur: et cessabunt ydola
vestra. et conterentur delubra vestra
et delebuntur opera vestra: et
cadet interfectus in medio
vestri: et scietis quia ego dominus.
Et relinquam in vobis eos
qui fugerint gladium in gen
tibus: cum dispersero vos in ter
ris. Et recordabuntur mei libe
rati vestri in gentibus ad quas
captivi ducti sunt: quia con
trivi cor eorum fornicans et
recedens a me. et oculos eorum
fornicantes post ydola sua.
Et displicebunt sibimet super
malis que fecerant in univer
sis abhominationibus suis:
et scient quia ego dominus non
frustra locutus sum. ut face
rem eis malum hoc. Hec dicit
dominus deus. Percute manum tu
am et allide pedem tuum: et dic
heu ad omnes abhominatio
nes malorum domus israel: qui
gladio. fame. peste ruituri
sunt. Qui longe est: peste
morietur. Qui autem prope: gla
dio corruet. Et qui relictus
fuerit et obsessus: fame
morietur. Et complebo in
dignationem meam in eis. Et

scietis quia ego dn̄s cū fue-
rint interfecti vr̄i in medio
ydolorum vestrorū. in circuitu
ararū vrarū : in colle excel-
so. et in cūctis sūmitatibȝ
montiū. et subtus omē lig-
nū nemorosū. et subtus v-
niuersā quercū frondosā :
id ē locū ubi accenderunt
thura redolentia vniuersis
ydolis suis. Et extendā manū
meā sup eos : et faciā terrā
desolatā et destitutā a deserto
deblata in omnibȝ habita-
tionibȝ eorū : et scietis quia
ego dominus. Caplin vij.

Et factus ē sermo
dn̄i ad me dicēs.
Et tu fili hoīs
hec dicit dn̄s deus t're isrl' :
Finis venit finis venit : su-
per quatuor plagas terre.
Nūc finis sup te. Et emittā
furorē meū in te : et iudica-
bo te iuxta vias tuas. Et
ponā contra te omēs ab-
hominationes tuas : et nō
parcet oculus meus sup te.
et nō miserebor : sed vias
tuas ponā sup te. et abhoīa-
tiones tue in medio tui erūt :
et scietis quia ego dn̄s. Hec
dicit dn̄s deus. Afflictio vna :
afflictio ecce venit. Finis ve-
nit : finis venit. Euigilabit
aduersū te : ecce venit. Venit
contritio sup te qui habitas
in terra. Venit tempus : ppe
est dies occisionis. et nō glo-
rie montiū. Nūc de ppinquo
effundā irā meā sup te : et cō-
plebo furorē meū in te. Et iu-
dicabo te iuxta vias tuas :
et imponā tibi omīa scelera
tua : et non parcet oculus
meus neqȝ miserebor : sed vi-
as tuas imponā tibi. et ab-
hominationes tue in medio
tui erūt : et scietis quia ego
sū dn̄s percutiens. Ecce dies : ec-
ce venit. Egressa est cōtritio :
floruit virga : germinauit su-
pbia. Iniquitas surrexit in
virga impietatis. Non ex eis
et non ex pplo neqȝ ex sonitu
eorū : et non erit requies in eis.
Venit tempus : appropinq-
uit dies. Qui emit nō letet :

et qui vendit non lugeat: q̄
a ira sup omnē ppl'm eius.
Quia qui vendit ad id qd
vendidit nō revertet: et ad
huc in viventibus vita eorū.
Visio enī ad omnē multitu
dinē eius non regredietur:
et vir ī iniquitate vite sue nō
confortabitur. Canite tuba:
preparentur omēs: et non est
qui vadat ad preliū. Ira enī
mea sup universū ppl'm eius.
Gladius foris: pestis et fa
mes intrinsecus. Qui in a
gro est gladio morietur: et q̄
in civitate pestilencia et fa
me devorabuntur. Et salvabū
tur qui fugerint ex eis: et e
runt in montibz quasi colum
be convalliū: omēs trepidi.
Unusquisqz in iniquitate su
a. Omēs manus dissolven
tur: et omīa genua fluent
aquis. Et accingent se cili
cis: et operiet eos formido.
Et in omni facie cōfusio: et
in universis capitibz eorum
calvicium. Argentū eorū foris
proicietur: et aurū eorū in ster
quilinium erit. Argentū et au
rū eorū non valebit liberarē
eos in die furoris dn̄i. Aīam
suā non saturabunt. et ven
tres eorū nō implebunt: q̄a
scandalū iniquitatis eorum
factū est. et ornamentū mo
nilium suorū in suppbiā posu
erunt: et ymagines abhomi
nationū suarū et simulachrorum
fecerunt ex eo. Propter hoc dedi
eis illud in inmundiciā: et
dabo illud in manus alieno
rū ad diripiendū. et impiis
terre in predā: et contamina
bunt illud. Et avertā faciē
meā ab eis: et violabunt ar
chanū meū: et introibunt
in illud emissarii. et conta
minabunt illud. Fac conclu
sionē: qm̄ terra plena est
iudicio sanguinū: et civitas
plena iniquitate. Et addu
cam pessimos de gentibus:
et possidebunt domus eorū.
Et quiescere faciā suppbiā
potentiū: et possidebunt sanc
tuaria eorū. Angustia sup
veniente requirent pacē: et

non erit. Conturbatio sup
conturbationē veniet: et
auditꝰ sup auditū. Et q̄rent
visionē de ꝓpha et nō erit: et
lex peribit a sacerdote. et cō
siliū a senioribꝫ. Rex luge
bit: et princeps induetur
merore: et manus ppli ter
re conturbabunt. Secd̄m
viā eorū faciā eis: et scd̄m
iudicia eorū iudicabo eos:
et scient quia ego dn̄s. Ca
ET factū ē plin viii
in anno sexto in
sexto mense. in q̄n
ta mensis: ego sedebā in do
mo mea. et senes iuda sede
bant corā me. Et cecidit su
per me ibi manus dn̄i dei.
Et vidi. et ecce similitudo q̄
si aspectus ignis: ab aspec
tu lumborū eius. et deorsū
ignis: et a lūbis eius et sur
sum quasi aspectus splen
doris ut visio electri. Et emis
sa similitudo manus appre
hendit me in cincinno capi
tis mei: et elevauit me sp̄s
inter terrā et celū: et adduxit

it me in ierl'm in visione dei
iuxta ostiū interius quod
respiciebat ad aquilonē:
ubi erat statutū ydolū zeli
ad prouocandū emulationē.
Et ecce ibi gloria dei isrl': se
cundū visionē quā videram
in campo. Et dixit ad me.
Fili hoīs leva oculos tu
os ad viā aquilonis. Et le
vaui oculos meos ad viā
aquilonis: et ecce ab aqui
lone porte altaris ydolū zeli
in ipso introitu. Et dixit ad
me. Fili hoīs putasne vi
des tu quid isti faciūt. abho
minationes magnas quas
domus isrl' facit hic. ut pro
cul recedā a sanctuario meo?
Et adhuc cōversus videbis
abhominationes maiores.
Et introduxit me ad ostiū
atrii: et vidi. et ecce foramē
unū in pariete. Et dixit ad
me. Fili hoīs fode parietē.
Et cū pfodissem parietē: ap
paruit ostiū unū. Et dixit
ad me. Ingredere: et vide ab
hominationes pessimas quas

isti faciunt hic. Et ingressus
vidi: et ecce omnis similitu-
do reptilium et animalium ab-
hominatio: et universa ydo-
la domus israel depicta erant
in pariete in circuitu per totum.
Et septuaginta viri de seni-
oribus domus israel. et iezo-
nias filius saphan stabat
in medio eorum stantium ante
picturas: et unusquisque ha-
bebat thuribulum in manu
sua: et vapor nebule de thu-
re consurgebat. Et dixit ad
me. Certe vides fili hominis
que seniores domus israel fa-
ciunt in tenebris: unusquis-
que in abscondito cubilis sui.
Dicunt enim. Non videt dominus
nos: dereliquit dominus terram.
Et dixit ad me. Adhuc con-
versus videbis abhominati-
ones maiores: quas isti fa-
ciunt. Et introduxit me per
ostium porte domus domini. quod
respiciebat ad aquilonem: et
ecce ibi mulieres sedebant
plangentes adonidem. Et dix-
it ad me. Certe vidisti fili
hominis. Adhuc conversus vi-
debis abhominationes ma-
iores hiis. Et introduxit
me in atrium domus domini in-
terius: et ecce in ostio tem-
pli domini inter vestibulum et
altare quasi viginti quinque
viri dorsa habentes contra
templum domini. et facies ad ori-
entem: et adorabant ad ortum
solis. Et dixit ad me. Certe
vidisti fili hominis. Numquid
leve est hoc domui iuda ut
facerent abhominationes
istas quas fecerunt hic. quia
replentes terram iniquitate.
conversi sunt ad irritandum
me: Et ecce applicant ramum
ad nares suas. Ergo et ego
faciam in furore. Non parcet
oculus meus: nec miserebor.
Et cum clamaverint ad aures
meas voce magna: non ex-
audiam eos. Capitulum ix.

Et clamavit in au-
ribus meis voce ma-
gna dicens. Appro-
pinquaverunt visitationes
urbis: et unusquisque vas

interfectionis habet ī ma
nu sua. Et ecce sex viri ve
niebant de via porte supe
rioris que respicit ad aq̄
lonē: et uniuscuiusq; vas
interitus in manu ei⁹. Vir
quoq; unus in medio eorꝫ
vestitus lineis: et atramē
tariū scriptoris ad renes ei⁹.
Et ingressi sūt: et steterunt
iuxta altare ereū. Et glori
a dñi isrl' assūpta est de che
rub que erat sup eū ad li
men domus. Et vocavit vi
rū qui indutus erat lineis:
et atramentariū scriptoris
habebat in lumbis suis. Et
dixit dñs ad eū. Transi per
mediā civitatē in medio ie
rusalē: et signa thau super
frontē virorū gementiū et
dolentiū sup cūctis abhomi
nationibꝫ que fiūt in me
dio eius. Et illis dixit audi
ente me. Transite p civitatē
sequentes eū: et percutite. Nō
parcat oculus vester: neq;
misereamī. Senē adolescē
tulū et virginē. pvulū et
mulieres interficite usq; ad
internecionē. Omnē autem
sup quē videritis thau ne
occidatis: et a sanctuario
meo incipite. Ceperūt ergo
a viris senioribꝫ: qui erant
ante faciē domus. Et dixit
ad eos. Contaminate domū:
et implete atria interfectis.
Egredimī. Et egressi sūt: et
percutiebant eos qui erant
in civitate. Et cede completa
remansi ego: ruiq; sup faciē
meā. et clamans aio. Heu
heu heu. dñe deus. Ergo ne
disperdes omnēs reliquias isrl'.
effundens furorē tuū super
ihrlm? Et dixit ad me. Iniq̄
tas domus isrl' et iuda mag
na est nimis valde: et reple
ta est terra sanguinibus: et
civitas repleta est aversiōe.
Dixerūt enī. Dereliquit dñs
terrā: et dñs nō videt. Igitᵣ
et meus non parcet oculus.
neq; miserebor: viā eorū su
per caput eorū reddā. Et ec
ce vir qui indutus erat li
neis qui habebat atramen

rariū in dorso suo: respon
dit verbū dicens. Feci sicut
precepisti michi. Caplm x

Et vidi et ecce in fir
mamento qd' erat
sup caput cheru
bin quasi lapis saphirus:
quasi species similitudinis
solij apparuit sup ea. Et
dixit ad virū qui indutus
erat lineis: et ait. Ingredere
in medio rotarū q̄ sūt subt'
cherubin et imple manū tu
am prunis ignis que sunt
inter cherubin: et effunde su
per civitatē. Ingressusq; ē
in conspectu meo. Cherubin
autē stabant a dextris domꝰ
cū ingrederet' vir. Et nubes
implevit atriū interius. Et
elevata est gloria dñi desu
per cherubin ad limen do
mus: et repleta est domus
nube: et atriū repletū est
splendore glorie dñi. Et soni
tus alarū cherubin audie
batur usq; ad atriū exterius:
q̄si vox dei oīpotens loquē
tis. Cūq; precepisset viro q

indutus erat lineis dicēs.
Sume ignē de medio rotarū
que sūt inter cherubin: in
gressus est. stetit iuxta ro
tam. Et extendit cherub ma
nū de medio cherubin ad
ignē qui erat inter cherubī:
et sumpsit et dedit in manus
eius. qui indutus erat line
is. Qui accipiens ingressus
est. Et apparuit in cheru
bin similitudo manus ho
minis subtus pennas eorū.
Et vidi: et ecce quatuor ro
te iuxta cherubin. Rota v
na iuxta cherub unū: et ro
ta alia iuxta cherub unū.
Species autē rotarū quasi
visio lapidis crisoliti: et
aspectus earū similitudo
una quatuor: quasi si sit
rota in medio rote. Cūq;
ambularent: in quatuor
partes gradiebant'. Non
revertebant' ambulātes:
sed ad locū ad quē ire decli
nabat que prima erat: se
quebant' et cetere. nec cōuer
tebantur. Et omnē corpus

earū et colla et manus et
penne et circuli. plena erāt
oculis in circuitu quatuor
rotarū. Et rotas istas vo
cauit volubiles audiente
me. Quatuor autē facies
habebat vnū. Facies vna
facies cherub. et facies scdā
facies hoīs: et in tercio
facies leonis: et in quarto
facies aquile. Et eleuata
sūt cherubin. Ipm̄ est ani
mal quod viderā iuxta flu
uiū chobār. Cūq3 ambula
rent cherubin: ibant pari
ter et rote iuxta ea. Et cum
leuarent cherubin alas su
as ut exaltarent a terra: nō
residebant rote. sed et ipe iux
ta erant. Stantibz illis sta
bant: et cū eleuatis eleuabā
tur. Spūs enī vite erat in eis.
Et egressa est gloria dn̄i a
limine templi: et stetit sup
cherubin. Et eleuātia che
rubin alas suas: exaltata
sūt a terra corā me. Et illis
egredientibz: rote quoq3 sub
secute sūt. Et stetit in introi

tu porte domus dn̄i orien
talis: et gloria dei isrl' erat
sup ea. Ipm̄ est aīal qd̄
vidi subter deū isrl' iuxta
fluuiū chobār. Et intellexi
quia cherubin essent. Qua
tuor per quatuor vultus
vni: et quatuor ale vni.
Et similitudo manus ho
minis sub alis eorū. Et si
militudo vultuū eorū: ipi
vultus quos viderā iuxta
fluuiū chobār. Et intuitus
eorū et impetus singulorū
ante faciē suā ingredi. Ca

plm̄ xi

Et eleuauit me spūs: et intro
duxit me ad por
tam domus dn̄i orientalē
que respicit solis ortū. Et ec
ce in introitu porte viginti
quinq3 viri. Et vidi in medi
o eorū iezoniā filiū azur
et feltiā filiū banaie prin
cipes ppli. Dixitq3 ad me.
Fili hoīs hij viri qui cogi
tant iniquitatē: et tractant
consiliū pessimū in vrbe is
ta dicentes. Nonne dudū

edificate sunt domus? Hec ē
lebes: nos autē carnes. Idcir
co vaticinare de eis: vaticina
re fili hominis. Et irruit in
me spiritus dn̄i: et dixit ad me.
Loquere. Hec dicit dn̄s. Sic
locuti estis domus isrł: et co
gitationes cordis vri ego
novi. Plurimos occidistis
in urbe hac: et implestis vi
as eius interfectis. Propterea
hec dicit dn̄s deus. Interfec
tos vestros quos posuistis in me
dio eius. hii sunt carnes: et
hec est lebes. Et educā vos
de medio eius. Gladium me
tuistis: et gladium inducā
super vos. ait dn̄s deus. Et
eiciā vos de medio eius: da
boque vos in manus hosti
um: et faciā in vobis iu
dicia. Gladio cadetis. In
finibus isrł iudicabo vos:
et scietis quia ego dn̄s. Hec
non erit vobis in lebetem:
et vos non eritis in medio
eius in carnes. In finibus
isrł iudicabo vos. et scietis
quia ego dn̄s: quia in pre

ceptis meis non ambulas
tis. et iudicia mea nō feci
stis: sed iuxta iudicia gen
tiū que in circuitu vro sūt
estis operati. Et factū est cū
prophetarē: Pheltias filius ba
naie mortuus est. Et cecidi
in faciē meā clamans vo
ce magna: et dixi. Heu
heu heu dn̄e deus: cōsum
mationē tu facis reliquia
rū isrł. Et factū est verbū
dn̄i ad me dicens. Fili ho
minis fratres tui fratres
tui. viri propinqui tui. et ō
nis domus isrł: universi
quibus dixerūt habitatores
ierłm. longe recedite a dn̄o:
nobis data est terra in pos
sessionē. Propterea hec dicit
dn̄s deus. Quia longe feci
eos in gentibus. et quia dis
persi eos in terris: ero eis i
sanctificationē modicā
in terris. ad quas venerūt.
Propterea loquere. Hec dicit
dn̄s deus. Congregabo
vos de populis et adunabo
de terris in quibus dispersi

eius: daboq̄ʒ vobis humum
isrł. Et ingredient̄ illuc: et
auferent om̄s offensiōes
cunctasq̄ʒ abhominationes
eius de illa. Et dabo eis cor
vnū: et spiritū nouū tribu
am in visceribꝫ eorū. Et au
ferā cor lapideū de carne eo
rū. et dabo eis cor carneū: vt
in p̄ceptis meis ambulēt.
et iudicia mea custodiāt.
faciantq̄ʒ ea: et sint michi ī
p̄plm̄. et ego sim eis in deū.
Quorū cor post offendicu
la et abhominationes suas
āmbulabat: horū viā in ca
pite suo ponā. dicit dn̄s de
us. Et eleuauerūt cherubin
alas suas et rote cū eis: et
gloria dei isrł erat sup ea.
Et ascendit gloria dn̄i de
medio ciuitatis: stetitq̄ʒ su
per montē qui est ad orie
tē vrbis. Et sp̄us leuauit
me adduxitq̄ʒ in chaldeā
ad trāsmigrationē in visi
one in sp̄u dei: et sublata
est a me visio quā viderā.
Et locutus sum ad trāsmi
grationē om̄ia verba dn̄i
que ostenderat michi. Capl̄
xij.

Et factus est
sermo dn̄i ad me
dicens. Fili homi
nis in medio domus exaspe
rantis tu habitas: qui o
culos habent ad videndū
et non vident: et aures ad
audiendū et non audiūt:
quia domus exasperans ē.
Tu ergo fili hom̄is fac tibi
vasa trāsmigrationis: et
trāsmigrabis per diē corā e
is. Trāsmigrabis autē de lo
co tuo ad locū alterū in cō
spectu eorū: si forte aspiciāt
quia domus exasperans ē.
Et efferes foras vasa tua
quasi vasa trāsmigrantis
per diē in cōspectu eorū. Tu
autē egredieris vespere corā
eis: sicut egredit̄ migrans
ante oculos eorū. P̄fode tibi
parietē: et egredieris per eū
in conspectu eorū. In hume
ris portaberis: in caligine
efferēris. Faciē tuā velabis
et non videbis terrā: quia

portentū dedi te domui isrl'.
Feci ego sicut p̄ceperat m̄.
Vasa mea p̄tuli quasi va
sa transmigrantis per diem:
et vespe p̄fodi michi parie
tem manu. In caligine e
gressus sū: et in humeris
portatus in cōspectu eorū.
Et factus est sermo dn̄i ad
me mane dicens. Fili hoīs
nūquid nō dixerūt ad te do
mus isrl'. domus exasperās.
quid tu facis? Dic ad eos.
Hec dicit dn̄s deus. Sup du
cem onus istud qui est in ie
rusalē: et sup omnē domū
isrl' que est in medio eorū.
Dic. Ego portentū vrm̄. Quo
modo feci: sic fiet illis. In trāl
migrationē et in captivita
tem ibunt. Et dux qui ē in
medio eorū in humeris por
tabitur: in caligine egredie
tur. Parietē p̄fodient: ut e
ducant eū. Facies eius operi
etur: ut non videat oculo t'
ram. Et extendā rete meū su
per illū: et capietur in sage
na mea. Et adducā eū in
babilonē in terrā chaldeorū:
et ipsam non videbit: ibiq3
morietur. Et omēs qui circa
eū sūt presidiū eius. et ag
mina eius dispgam in om
nem ventū: et gladiū eva
ginabo post eos. Et scient
quia ego dn̄s: quādo disp
gero illos in gentibz. et dis
seminavero eos in terris. Et
relinquā ex eis viros pau
cos a gladio et fame et pes
tilentia: ut narrent omīa
scelera eorū in gentibz ad
quas ingredientur: et scient
quia ego dn̄s. Et factus ē
sermo dn̄i ad me dicens.
Fili hominis panē tuū in cō
turbatione comede: sed et
aquā tuā in festinatione
et merore bibe: et dices ad
p̄plm̄ terre. Hec dicit dn̄s
deus. ad eos qui habitant
ihrlm̄ in terra isrl'. Panē
suū in sollicitudine come
dent. et aquā suā in desola
tione bibent: ut desoletur
terra a multitudine sua.
p̄pter iniquitatē omniū q'

habitant in ea. Et civitates
que nunc habitantur desolate
erunt. terraque deserta: et scietis
quia ego dominus. Et factus est
sermo domini ad me dicens. Fi
li hominis quod est proverbium is
tud vobis in terra israel dicen
tium. in longum differentur di
es et peribit omnis visio? Ide
o dic ad eos. Hec dicit dominus
deus. Quiescere faciam prover
bium istud: neque vulgo dice
tur ultra in israel. Et loquere
ad eos quod appropinquaverunt
dies: et sermo omnis vi
sionis. Non enim erit ultra
omnis visio cassa: neque divi
natio ambigua in medio
filiorum israel: quia ego dominus
loquar. quodcumque locutus fu
ero verbum. et fiet. Non pro
longabitur amplius: sed
in diebus vestris domus exas
perans. loquar verbum: et
faciam illud. dicit dominus deus.
Et factus est sermo domini ad
me dicens. Fili hominis: ecce
domus israel dicentium. Visio
quam hic videt in dies mul
tos: et in tempora longa
iste prophetat. Propterea dic ad
eos. Hec dicit dominus deus. Non
prolongabitur ultra omnis
sermo meus. Verbum quod lo
cutus fuero complebitur: di
cit dominus deus. Capitulum xiii.

Et factus est sermo
domini ad me dicens.
Fili hominis vatici
nare ad prophetas israel qui pro
phetant: et dices prophetantibus
de corde suo. Audite ver
bum domini. Hec dicit dominus deus.
Ve prophetis insipientibus qui
sequuntur spiritum suum: et nichil
vident. Quasi vulpes in de
sertis prophete tui israel. Non
ascendistis ex adverso neque
opposuistis murum pro do
mo israel: ut staretis in pre
lio in die domini. Vident vana et
divinant mendacium dicen
tes. ait dominus. cum dominus non mi
serit eos: et perseveraverunt
confirmare sermonem. Num
quid non visionem cassam vi
distis et divinationem men
dacem locuti estis? et dicitis

ait dñs. cũ ego non sim lo-
cutus? Propterea hec dicit do-
minus deus. Quia locuti
estis vana et vidistis men-
dacium: ideo ecce ego ad vos.
ait dñs deus. Et erit manꝰ
mea sup pphetas qui vident
vana: et divinant men-
dacium. In consilio ppli mei
non erunt. et in scriptura do-
mus isrl' non scribentur. nec
in terrã isrl' ingredientur:
et scietis quia ego dñs deus:
eo qd deceperint pplm meũ
dicentes pax et nõ ẽ pax. Et
ipse edificabat parietẽ: illi
autẽ liniebant eũ luto abs-
qz paleis. Dic ad eos qui
liniũt absqz temperatura:
qd casurus sit. Erit enĩ ym-
ber inundans: et dabo lapi-
des pergrandes desup irruen-
tes: et ventũ pcelle dissipã-
tem. Siquidẽ ecce cecidit pa-
ries. Numquid non dicetur
vobis: ubi est litura quã
linistis? Propterea hec dicit
dñs deus. Et erumpere faciã
spiritũ tẽpestatũ in indig-
natione mea: et ymber in-
undans in furore meo erit:
et lapides grandes in ira in
consũmatione. Et destruã
parietẽ quẽ linistis absqz
temperamento. et adequa-
bo eũ terre: et revelabitur
fundamentũ eiꝰ et cadet et cõ-
sumetur in medio eius: et
scietis quia ego sũ dñs. Et
complebo indignationẽ
meã in pariete et in hiis
qui liniũt eũ absqz tempe-
ramento: dicãmqz vobis.
Non est paries: et nõ sunt
qui liniũt eũ pphete isrl' q'
pphetant ad ierlm. et vi-
dent ei visionẽ pacis: et nõ
est pax ait dñs deus. Et tu
fili hominis pone faciẽ tuã
contra filias ppli tui que
pphetant de corde suo: et va-
ticinare sup eas et dic. Hec
dicit dñs deus. Ve qui con-
suũt pulvillos sub omni
cubito manus: et faciũt
cervicalia sub capite uni-
verse etatis. ad capiendas
aĩas. Cũ caperent aĩmas

populi mei. viuificabant ai
mas eorum: et violabant
me ad populum meum propter pu
gillum ordei et fragmen pa
nis: ut interficerent animas
que non moriuntur. et viuifi
carent animas que non vi
uunt: mencientes populo meo
credenti mendaciis. Propter
hoc hec dicit dominus deus. Ec
ce ego ad puluillos vestros
quibus vos capitis animas
volantes: et disrumpam eos
de brachiis vestris: et dimittam
animas quas vos capitis ani
mas ad volandum. Et disrum
pam ceruicalia vestra. et libe
rabo populum meum de manu
vestra: neque erunt ultra in ma
nibus vestris ad predandum:
et scietis quia ego dominus. Pro
eo quod merere fecistis cor iusti men
daciter quem ego non contrista
ui: et confortastis manus
impii ut non reuerteretur a
via sua mala et viueret:
propterea vana non videbitis.
et diuinationes non diuina
bitis amplius. Et eruam

populum meum de manu vestra: et
scietis quia ego dominus. Capitulum XIIII.

Et venerunt
ad me viri seniorum
israel: et sederunt
coram me. Et factus est sermo
domini ad me dicens. Fili hominis
viri isti posuerunt immundi
cias suas in cordibus suis: et
scandalum iniquitatis sue
statuerunt contra faciem suam.
Numquid interrogatus respon
debo eis? Propter hoc loquere
eis: et dices ad eos. Hec di
cit dominus deus. Homo homo
de domo israel qui posuerit immun
dicias suas in corde suo. et scan
dalum iniquitatis sue statue
rit contra faciem suam. et vene
rit ad prophetam interrogans
per eum me: ego dominus responde
bo ei in multitudine immun
diciarum suarum. ut capiatur
domus israel in corde suo. quo
recesserunt a me in cunctis ydo
lis suis. Propterea dic ad do
mum israel. Hec dicit dominus deus.
Conuertimini et recedite ab
ydolis vestris: et ab uniuersis

contaminationibus vestris auertite facies vestras. quia homo homo de domo israel. et de proselitis quicumque aduena fuerit in israel. si alienatus fuerit a me. et posuerit ydola sua in corde suo et scandalum iniquitatis sue statuerit contra faciem suam. et venerit ad prophetam. ut interroget per eum me: ego dominus respondebo ei per me. Et ponam faciem meam super hominem illum et faciam eum in exemplum et in prouerbium: et disperdam eum de medio populi mei: et scietis quia ego dominus. Et propheta cum errauerit et locutus fuerit verbum: ego dominus decepi prophetam illum. Et extendam manum meam super illum: et delebo eum de medio populi mei israel: et portabunt iniquitatem suam. Iuxta iniquitatem interrogantis. sic iniquitas prophete erit: ut non erret ultra domus israel a me. neque polluatur in vniuersis preuaricationibus suis: sed sit michi in populum. et ego sim ei

in deum. ait dominus exercituum. Et factus est sermo domini ad me dicens. Fili hominis terra cum peccauerit michi ut preuaricetur preuaricans. extendam manum meam super eam: et conteram virgam panis eius. Et immittam in eam famem: et interficiam de ea hominem et iumentum. Et si fuerint tres viri isti in medio eius. noe daniel et iob: ipsi iusticia sua liberabunt animas suas. ait dominus exercituum. Quod si et bestias pessimas induxero super terram ut vastem eam. et fuerit inuia eo quod non sit pertransiens propter bestias: tres viri isti qui fuerint in ea. viuo ego dicit dominus deus quia nec filios nec filias liberabunt. sed ipsi soli liberabuntur: terra autem desolabitur. Vel si gladium induxero super terram illam. et dixero gladio transi per terram. et interfecero de ea hominem et iumentum. et tres viri isti fuerint in medio eius: viuo ego dicit dominus deus. non liberabunt

filios neq; filias: sed ipi so
li liberabunt. Si autē et
pestilenciā imisero sup ter
rā illā. et effudero indig
nationē meā sup eā in sā
guinē. ut auferā ex ea ho
minē et iumentū: et noe
et daniel et iob fuerint in
medio eius: viuo ego dicit
dn̄s deus. quia filiū et fili
am non liberabūt: sed ipi
iusticia sua liberabūt aī
mas suas. Qm̄ hec dicit
dn̄s deus. Qz si et quatuor
iudicia mea pessima gla
diū et famē et bestias ma
las et pestilenciā misero ī
ihrlm ut interficiā de ea ho
minē et pecus: tamē relin
quetur in ea saluatio edu
centiū filios et filias. Ecce
ipi egredient ad vos. et vi
debitis viā eorū. et adinuē
tiones eorū: et consolabi
mini sup malo qd induxi
in ihrlm in omnibz que
importaui sup eā. Et conso
labunt sup vos cū videritis
viā eorū et adinuētiones

eorū: et cognoscetis qz non
frustra fecerim omnia que
feci in ea ait dn̄s deus. Ca
ET factus plm xv.
est sermo dn̄i ad
me dicens. Fili ho
minis quid fiet ligno vitis
ex omnibus lignis nemorū
que sunt inter ligna siluarū.
Numquid tolletur de ea lignū
ut fiat opus. Aut fabrica
bitur de ea paxillus: ut de
pendeat in eo qdcumq; vas.
Ecce igni datū est in escā. V
tramq; partē eius consūp
sit ignis: et medietas eius
redacta est in fauillā. Num
quid vtile erit ad opus. E
tiam cū esset integrū non
erat aptū ad opus: quāto
magis cū ignis illud deuo
rauerit et combusserit. nihi
il ex eo fiet operis. Propterea
hec dicit dn̄s deus. Quomō
lignū vitis inter ligna silua
rū qd dedi igni ad deuorā
dū: sic tradā habitatores
ihrlm. et ponā faciē meā
in eos. De igne egredientur:

et ignis consumet eos. Et
scietis quia ego dns cum po
suero faciē meā in eos. dede
ro terram inuiam et desolatā: eo
quod preuaricatores extiterint di
cit dns deus. Capitulum xvi.

Et factus ē sermo
dñi ad me dicēs.
Fili hominis notas
fac ihrlm abhominatioēs
suas: et dices. Hec dicit dns
deus. Ihrlm radix tua et ge
neratio tua de terra chana
nea. Pater tuus amorreus:
et mater tua cethea. Et quā
do nata es in die ortus tui
non est p̄scisus umbilicus
tuus: et in aqua nō es lota
in salutē. nec sale salita: nec
inuoluta pannis. Non pe
percit sup te oculus meus
ut facerē tibi unū de hiis mi
sericus tui: sed proiecta es sup
faciē terre in abiectione aie
tue. in die qua nata es. Trāsi
ens autē per te. vidi te con
culcari in sanguine tuo: et
dixi tibi cū esses in sāguiē
tuo. Viue. Dixi inquā tibi:
in sāguine tuo viue. Mul
tiplicatā quasi germen a
gri dedi te: et multiplicata
es et grandis effecta. Et in
gressa es: et peruenisti ad
mundū muliebrē. Vbera
tua intumuerunt. et pilus
tuus germinauit: et eras
nuda. et confusione plena.
Et trāsiui per te: et vidi te.
Et ecce tempus tuū. tempus
amantiū. Et expandi amic
tū meū sup te: et operui ig
nominiam tuā. Et iuraui ti
bi: et ingressus sū pactū te
cū ait dns deus. Et facta es
michi. Et laui te aqua. et
emūdaui sanguinē tuū ex
te: et unxi te oleo. et vestiui
te discoloribz: et calciaui
te iacincto et cinxi te bys
so. et indui te subtilibus:
et ornaui te ornamento.
Et dedi armillas in mani
bus tuis: et torquē circa col
lū tuū. Et dedi inaurē sup
os tuū. et circulos auribus
tuis: et coronā decoris in
capite tuo. Et ornata es au

ro et argento: et vestita es
bysso et polimito et mul
tis coloribz. Similā et mel
et oleū comedisti: et decora
facta es vehementer nimis:
et pfecisti in regnū. Et egres
sū est nomē tuū in gentes
ppter speciē tuā: quia pfec
ta eras in decore meo quem
posuerā sup te dicit dn̄s de
us. Et habens fiduciā ī pul
chritudine tua. fornicata
es in nomine tuo: et exposu
isti fornicationē tuā omni
trāseunti. ut eius fieres. Et
sumens de vestimentis me
is fecisti tibi excelsa hinc inde
consuta: et fornicata es su
per eis. sicut nō est factum
neqz futurū est. Et tulisti
vasa decoris tui de auro me
o et de argento meo que de
di tibi: et fecisti tibi yma
gines masculinas: et forni
cata es in eis. Et sūpsisti
vestimenta tua multicolo
ria: et vestita es eis. Et oleū
meū et thimiama meū po
suisti corā eis: et panē me

um quē dedi tibi similā et
oleū et mel quibz enutrivi
te posuisti in cōspectu eorū
in odorē suavitatis. Et fac
tū est ait dn̄s deus. Et tulis
ti filios tuos et filias tuas
quas generasti michi: et ī
molasti eis ad devorandū.
Nūquid parva est fornicatio
tua īmolantis filios meos.
Et dedisti illos consecrans
eis. Et post omēs abhoī
nationes tuas et fornicati
ones non es recordata die
rū adolescentie tue: quādo
eras nuda et confusione
plena cōculcata in sāgui
ne tuo. Et accidit post om
nem maliciā tuā: ve ve ti
bi ait dn̄s deus. Et edificas
ti tibi lupanar: et fecisti ti
bi pstibulū in cūctis plateis.
Ad omne caput edificasti
signū pstitucōis tue: et ab
hominabilē fecisti decorē tu
um. Et divisisti pedes tuos
omī trāseunti: et multipli
casti fornicationes tuas. Et
fornicata es cū filijs egypti.

vicinis tuis magnarū car-
niū: et multiplicasti forni-
cationē tuā ad irritandū
me. Ecce ego extendo manū
meā sup te. et auferā iusti-
ficationē tuā: et dabo te in
animā odientiū te filiarū
palestinarū: que erubescunt
in via tua scelerata. Et for-
nicata es in filiis assyrior(um):
eo q(uo)d needū fueris expleta.
Et postq(uam) fornicata es: nec
sic es saciata. Et multiplicas-
ti fornicationē tuā in terra
chanaan cū chaldeis: et nec
sic saciata es. In quo mun-
dabo cor tuū ait dn̄s deus:
cū facias omnia hec opera
mulieris meretricis et proca-
cis. Quia fabricasti lupanar
tuū in capite omnis vie: et
excelsū tuū fecisti in omni pla-
tea. Nec facta es quasi mere-
trix fastidiosa augens pre-
ciū: sed quasi mulier adul-
tera que sup virū suū indu-
cit alienos. Omnibus mere-
tricibz dantur mercedes: tu
autē dedisti mercedes cunctis
amatoribz tuis: et donabas
eis ut intrarent ad te undi-
q(ue) ad fornicandū tecū. Fac-
tum(que) in te est contra consue-
tudinē mulierū in fornica-
tionibz tuis: et post te nō
erit fornicatio. In eo enī q(uo)d
dedisti mercedes et mercedes
non accepisti: factū est in
te contrariū. Propterea mere-
trix audi verbū dn̄i. Hec
dicit dn̄s deus. Quia effu-
sū est es tuū et revelata est
ignominia tua in fornica-
tionibz tuis sup amatores
tuos. et sup ydola abhomi-
nationū tuarū in sanguine
filiorū tuorū quos dedisti
eis: ecce ego congregabo
omnes amatores tuos qui-
bus commixta es. et omnes
quos dilexisti cū universis
quos oderas et congre-
gabo eos sup te undiq(ue): et
nudabo ignominiā tuā
corā eis. et videbunt omnē
turpitudinē tuā. Et iudica-
bo te iudiciis adulterarū
et effundentiū sanguinē: et

dabo te in sanguinē furoris
et zeli. Et dabo te in manus
eorū et destruēt lupanar tu
ū. et demolient̄ ꝓstibulū tu
um: et denudabūt te vesti
mentis tuis. et auferent va
sa decoris tui: et derelinquēt
te nudā plenāq; ignominia.
Et adducēt sup te multitu
dinē: et lapidabūt te lapi
dibꝫ: et trucidabūt te gla
dijs suis. Et comburent do
mos tuas igni: et facient in
te iudicia in oculis mulierū
plurimarū. Et desines for
nicari: et mercedes ultra nō
dabis. Et requiescet indig
natio mea in te: et auferet̄
zelus meꝰ a te. Et quiescam
nec irascar amplius: eo qđ
nō fueris recordata dierū ado
lescencie tue: et provocasti me
in omnibus hijs. Quapꝓpt̄
et ego vias tuas in capite
tuo dedi. ait dn̄s deus: et nō
feci iuxta scelera tua in om
nibꝫ abhominationibꝫ tuis.
Ecce omīs qui dicit vulgo
ꝓverbiū: in te assumet il
lud dicens. Sicut mater: i
ta et filia eius. Filia matris
tue es tu: que ꝓiecit virū
suū et filios suos. Et soror
sororū tuarū tu: que ꝓiece
rūt viros suos et filios su
os. Mater vr̄a cethea: et pa
ter vester amorreus. Et soror
tua maior samaria: ipa
et filie eius que habitāt ad
sinistrā tuā. Soror autē tua
minor te que habitat a dex
tris tuis: sodoma et filie e
ius. Sed nec in vijs earum
ambulasti: neq; scdm̄ scele
ra earū fecisti. Pusillū mi
nus pene sceleratiora fecisti
illis: in omnibꝫ vijs tuis.
Vivo ego dicit dn̄s deus: qr̄
a nō fecit sodoma soror tua
ipa et filie eius sicut fecisti
tu et filie tue. Ecce hec fuit
iniquitas sodome sororis
tue. supbia saturitas panis
et habūdantia. et ociū ipi
us et filiarū eius: et manū
egeno et pauperi nō porri
gebāt. Et elevate sūt et fece
rūt abhominationes corā

me: et abstuli eas sicut vidis-
ti. Et samaria dimidium pec-
catorum tuorum non peccavit:
sed vicisti eas sceleribus tuis:
et iustificasti sorores tuas in
omnibus abhominationibus tu-
is quas operata es. Ergo et tu
porta confusionem tuam: que
vicisti sorores tuas peccatis tu-
is, sceleratius agens ab eis.
Iustificate sunt enim a te. Ergo
et tu confundere, et porta ig-
nominiam tuam: que iustificasti
sorores tuas. Et convertam
restituens eas conversione sodo-
morum cum filiabus suis. et con-
versione samarie et filiarum eius.
Et convertam reversionem tuam in
medio earum: ut portes ignomi-
niam tuam: et confundaris in omni-
bus que fecisti consolans eas. Et
soror tua sodoma et filie eius
revertentur ad antiquitatem suam:
et samaria et filie eius rever-
tentur ad antiquitatem suam: et tu
et filie tue revertimini ad an-
tiquitatem vestram. Non fuit enim
sodoma soror tua audita in
ore tuo in die superbie tue: an-

tequam revelaretur malicia tua
sicut hoc tempore in opprobrium
filiarum syrie: et cunctarum in
circuitu tuo filiarum palestina-
rum que ambiunt te per gyrum.
Scelus tuum et ignominiam
tuam tu portasti ait dominus deus.
Quia hec dicit dominus deus. Et
faciam tibi sicut despexisti iu-
ramentum ut irritum faceres
pactum: et recordabor ego pac-
ti mei tecum in diebus adolescen-
cie tue: et suscitabo tibi pac-
tum sempiternum. Et recordabe-
ris viarum tuarum: et confun-
deris cum receperis sorores tuas
te maiores. cum minoribus tu-
is. Et dabo eas tibi in filias:
sed non ex pacto tuo. Et sus-
citabo ego pactum meum tecum:
et scies quia ego dominus. ut re-
corderis et confundaris: et non
sit tibi ultra aperire os pre
confusione tua. cum placatus
fuero tibi in omnibus que fe-
cisti ait dominus deus. Capitulum xvii.

Et factum est
verbum domini ad me
dicens. Fili hominis.

ppone enigma et narra pa
bolā ad domū isrl': et dices.
Hec dicit dn̄s deus. Aquila
grandis magnarū alarū
longo membrorū ductu.
plena plumis et varietate.
venit ad libanū: et tulit
medullā cedri. Sūmitatē
frondiū eius avellit: et trās
portavit eā in terra chana
ān. In urbē negociatorū po
suit illā. Et tulit de semine
tre. et posuit illud in terra
pro semine: ut firmaret ra
dicē sup aquas multas. In
suꝑficie posuit illud. Cūq3
germinasset crevit in vineā
latiorē humili statura: res
picientibꝫ ramis eius ad eā:
et radices eius sub illa erāt.
Facta est ergo vinea et fructi
ficavit in palmites: et emi
sit ꝓpagines. Et facta est
aquila altera grandis: mag
nis alis multisq3 plumis.
Et ecce vinea ista quasi mit
tens radices suas ad eā: pal
mites suos extendit ad illā:
ut irrigaret eā de areolis ger
minis sui. In terra bona su
per aquas multas plantata
ta est. ut faciat frondes: et
portet fructū. ut sit in vine
am grandē. Dic. Hec dicit
dn̄s deus. Ergo ne ꝓsperabi
tur? Nonne radices eius evel
let. et fructus eius distringet:
et siccabit omnēs palmites
germinis eius et arescet? Et
nō in brachio grandi neq3
in ꝓplō multo: ut evelleret
eā radicitus. Ecce plantata
est. Ergo ne ꝓsperabit? Nō
ne cū tetigerit eā ventus u
rens siccabitur: et in areis
germinis sui arescet? Et fac
tū est verbū dn̄i ad me di
cens. Dic ad domū exaspe
rantē. Nescitis quid ista sig
nificent? Dic. Ecce venit rex
babilonis ihrlm: et assumet
regē et principes eius. et ad
ducet eos ad semetipm in
babilonē. Et tollet de semi
ne regni. feritq3 cū eo fedus:
et accipiet ab eo iusiurādū.
Sed et fortes terre tollet: ut
sit regnū humile et nō eleve

tur: sed custodiat pactum eius
et seruet illud. Qui recedens
ab eo misit nuncios ad egyp
tum: ut daret sibi equos et populum
multum. Numquid prosperabitur
vel consequetur salutem qui fe
cit hec? Et qui dissoluit
pactum: numquid effugiet?
Viuo ego dicit dominus deus: quo
niam in loco regis qui consti
tuit eum regem. cuius fecit irritum
iuramentum et soluit pactum
quod habebat cum eo. in medi
o babilonis morietur. Et non
in exercitu grandi neque in
populo multo. faciet contra e
um pharao bellum. in iactu
aggeris et in extructione val
lorum: ut interficiat animas
multas. Spreuerat enim iu
ramentum: ut solueret fedus.
Et ecce dedit manum suam. Et
cum omnia hec fecerit: non ef
fugiet. Propterea hec dicit dominus
deus. Viuo ego quoniam iuramen
tum quod spreuit. et fedus quod
preuaricatus est. ponam in ca
put eius. Et expandam super
eum rete meum: et comprehendetur

in sagena mea. Et adducam
eum in babilonem: et iudicabo
eum ibi in preuaricatione qua
despexit me. Et omnes profugi
eius cum uniuerso agmine
gladio cadent. Residui au
tem in omnem ventum dispergen
tur: et scietis quia ego dominus
locutus sum. Hec dicit dominus deus.
Et sumam ego de medulla ce
dri sublimis: et ponam de ver
tice ramorum eius. Tenerum
distringam: et plantabo su
per montem excelsum et eminen
tem. In monte sublimi israel
plantabo illam: et erumpet in
germen. et faciet fructum: et
erit in cedrum magnam. Et ha
bitabunt sub eo omnes volu
cres: uniuersum volatile sub
umbra frondium eius nidifi
cabit. Et scient omnia lig
na regionis. quia ego dominus
humiliaui lignum sublime.
et exaltaui lignum humile:
et siccaui lignum viride: et
frondere feci lignum aridum.
Ego dominus locutus sum
et feci. Capitulum xviij.

ET factus ē sermo
dñi ad me dicēs.
Quid est q̄ inter
vos parabolā vertitis in p̄
uerbiū istud in terra isr̄l di
centes: patres comederūt v
uā acerbā. et dentes filiorū
obstupuerūt. Viuo ego di
cit dñs deus: si erit vobis ul
tra parabola hec in puerbi
um in isr̄l. Ecce omēs aīme
mee sūt. Vt aīma patris: i
ta et aīma filij mea ē. Anima
que peccauerit ipa morietur.
Et vir si fuerit iustus et fecerit
iudiciū et iusticiā: in mon
tibȝ nō comederit. et oculos
suos nō leuauerit ad ydola
domus isr̄l. et vxorē pximi
sui nō violauerit. et ad mu
lierē menstruatā nō accesserit.
et hominē nō cōtristauerit.
pignus debitori reddiderit. p
vim nichil rapuerit. panē
suū esurienti dederit. et nudū
operuerit vestimēto. ad vsu
rā nō cōmodauerit. et am
plius nō acceperit. ab iniq
tate auerterit manū suam.

iudiciū verū fecerit inter virū
et virū. in preceptis meis am
bulauerit. et iudicia mea
custodierit ut faciat veritatē:
hic iustus est: vita viuet ait
dñs deus. Q si genuerit filiū
latronē effundentē sanguinē
et fecerit vnū de istis. et hec
quidē omnia nō facientē sed
in montibȝ comedentē. et
vxorē pximi sui polluentē.
egenū et pauperē cōtristan
tem. rapientē rapinas. pig
nus non reddentē. et ad ydo
la leuantē oculos suos. ab
hominationē facientē. ad v
surā dantē. et amplius ac
cipientē: nūquid viuet? Nō
viuet. Cū vniuersa detestan
da hec fecerit. morte morietur.
sanguis eius in ipo erit. Q
si genuerit filiū qui videns
omnia pctā patris sui que fe
cit. timuerit et nō fecerit si
mile eis: sup montes non
comederit. et oculos suos nō
leuauerit ad ydola domus
isr̄l. et vxorē pximi sui non
violauerit. et virū nō cōtri

tauerit. pignus nō retinue-
rit. et rapinā nō rapuerit.
panē suū esurienti dederit et
nudū operuerit vestimēto.
a pauperis iniuria auerte-
rit manū suā. usurā et sup
habundantiā non acceperit.
iudicia mea fecerit. in p̄cep
tis meis ambulauerit: hic
non morietur in iniquitate
patris sui. sed uita uiuet.
Pater eius quia calūpnia-
tus est et uim fecit fratri et
malū operatus est in medio
ppli sui: ecce mortuus est in
iniquitate sua. Et dicitis.
Quare nō portabit filius i-
niquitatē patris? Videlicet q̄
a filius iudiciū et iusticiā
operatus est. Omīa p̄cepta
mea custodiuit et fecit illa:
uita uiuet. Anima que pecca-
uerit: ipa morietur. Filius nō
portabit iniquitatē patris:
et pater nō portabit iniqui-
tatē filii. Justicia iusti sup
eū erit: et impietas impii
erit sup eū. Si autē impius
egerit penitenciā ab omib;

peccatis suis que operatus ē.
et custodierit uniuersa p̄cep
ta mea. et fecerit iudiciū et
iusticiā: uita uiuet et nō mo-
rietur. Omīum iniquitatū eius
quas operatus est nō recor-
Ego nabuchodonosor quietus eram in domo mea: et florens in palacio meo. Sompnium vidi quod perterruit me: et cogitationes mee in strato meo. et visiones capitis mei conturbaverunt me. Et per me propositum est decretum ut introducerentur in conspectu meo cuncti sapientes babilonis: et ut solutionem sompnii indicarent michi. Tunc ingrediebantur arioli magi chaldei et aruspices. et sompnium narravi in conspectu eorum: et solutionem eius non indicaverunt michi. donec collega ingressus est in conspectu meo danihel cuius nomen balthasar. secundum nomen dei mei. qui habet spiritum deorum sanctorum in semetipso: et sompnium coram ipso locutus sum. Balthasar princeps ariolorum quem ego scio quod spiritum deorum sanctorum habeas in te. et omne sacramentum non est impossibile tibi: visiones sompniorum meorum quas vidi. et solutionem eorum narra michi. Visio capitis mei in cubili meo. Videbam. et ecce arbor in medio terre: et altitudo eius nimia. Magna arbor et fortis: et proceritas eius contingens celum. Aspectus illius erat usque ad terminos universe terre. Folia eius pulcherrima: et fructus eius nimius: et esca universorum in ea. Subter ea habitabant animalia et bestie: et in ramis eius conversabantur volucres celi: et ex ea

vescebatur omnis caro. Videbam
in visione capitis mei super
stratum meum: et ecce vigil et sanc-
tus de celo descendit: clamavit
fortiter et sic ait. Succidite
arborem et precidite ramos eius:
et excutite folia eius. et disper-
gite fructum eius. Fugiant bestie
que subter eam sunt: et volucres
de ramis eius. Verumptamen
germen radicum eius in terra
sinite: et alligetur vinculo
ferreo et ereo. in herbis que fo-
ris sunt et rore celi tingatur: et
cum feris pars eius in herba ter-
re. Cor eius ab humano com-
mutetur: et cor fere detur ei: et
septem tempora mutentur super
eum. In sententia vigilum decretum
est et sermo sanctorum et peti-
tio: donec cognoscant viventes
quoniam dominatur excelsus in regno
hominum. et cuicumque voluerit da-
bit illud. et humillimum homi-
nem constituet super eo. Hoc som-
nium vidi ego rex nabuchodo-
nosor. Tu ergo balthasar in-
terpretationem narra festinus:
quia omnes sapientes regni
mei non queunt solutionem edi-
cere michi. Tu autem potes: quia spi-
ritus deorum sanctorum in te est.
Tunc danihel cuius nomen
balthasar cepit intra semet-
ipsum tacitus cogitare quasi
hora una: et cogitationes
eius conturbabant eum. Respon-
dens autem rex ait. Balthasar
somnium et interpretatio eius
non conturbent te. Respondit
balthasar et dixit. Domine mi
rex somnium hiis qui te ode-
runt: et interpretatio eius
hostibus tuis sit. Arborem quam
vidisti sublimem atque robus-
tam cuius altitudo pertingit
ad celum. et aspectus illius in
omnem terram. et rami eius pul-
cherrimi. et fructus eius ni-
mius. et esca omnium in ea.
subter eam habitantes bestie
agri. et in ramis eius commo-
rantes aves celi: tu es rex qui
magnificatus es et invaluis-
ti: et magnitudo tua crevit
et pervenit usque ad celum. et po-
testas tua usque in terminos
universe terre. Quod autem vi-

dit rex vigilē et sanctū desce
dere de celo et dicere. Succidite
arborē et dissipate illā. At
tamen germē radicū eius in
terra dimittite. et vinciatur
ferro et ere in herbis foris. et
rore celi cōspergatur. et cum
feris sit pabulū eius donec
septē tempora cōmutentur
sup eū: hec est interpretatio
sententie altissimi que pve
nit sup dñm meū regē. Eici
ent te ab hominib;. et cū besti
is feris erit habitatio tua:
et fenū ut bos comedes: et
rore celi infunderis. Septem
quoq; tempora mutabunt
sup te: donec scias qđ dñetur
excelsus sup regnū hoīm.
et cuicūq; voluerit det illud.
Qđ autē precepit ut relinque
retur germē radicū eius id
est arboris: regnū tuū tibi
manebit. postq̄ cognove
ris potestatē esse celestē. Q̄
obrē rex consiliū meū pla
ceat tibi: et pctā tua elēo
sinis redime et iniquitates
tuas misericordiis pauperū:
forsitan ignoscet delictis tu
is. Omnia hec venerunt sup
nabuchodonosor regē. Post
finē mensiū duodecim in
aula babilonis deambula
bat. Responditq; rex et ait.
Nōne hec est babilon ciui
tas magna quā ego edifi
caui in domū regni: in ro
bore fortitudinis mee. et in
gloria decoris mei. Cū ad
huc sermo esset in ore regis:
vox de celo ruit. Tibi dicit
nabuchodonosor rex. Reg
nū tuū transibit a te. et ab ho
minibus te eicient: et cū besti
is atq; feris erit habitatio
tua. Fenū quasi bos comē
des: et septē tempora muta
bunt sup te: donec scias qđ
dñetur excelsus in regno
hominū et cuicūq; voluerit
det illud. Eadē hora sermo
completus ē sup nabucho
donosor. Et ex hominib; abie
tus est. et fenū ut bos come
dit. et rore celi corpus eius
infectū est: donec capilli eius
in similitudinē aquilarū

crescerent. et ungues eius q̄
si auiū. Igitur post finē die
rū ego nabuchodonosor o
culos meos ad celū leuaui.
et sensus meus redditus est
michi: et altissimo bn̄dixi.
et uiuentē in sempiternū lau
daui et glorificaui: quia po
testas eius potestas sempitern
na. et regnū eius in genera
tione et generationē: et om
nes habitatores terre apud
eū in nichilū reputati sūt.
Iuxta uolūtatē enī suā fa
cit tam in uirtutib; celi q̄
in habitatorib; terre: et nō
est qui resistat manui eius
et dicat ei. quare fecisti. In
ipso tempore sensus meus
reuersus est ad me: et ad ho
norē regni mei decorē q; p̄ue
ni. et figura mea reuersa ē
ad me. Et optimates mei
et magistratus mei requisi
erūt me: et in regno meo
restitutus sū. et magnificē
tia amplior addita est m̄.
Nūc igitur ego nabuchodo
nosor laudo et magnifico

et glorifico regē celi: quia
omīa opera eius uera. et ui
e eius iudicia: et gradientes
in sup̄bia potest humiliare.
Visio danihelis q̄rta. Ca
B Althasar plin v.
rex fecit grande cō
uiuiū optimati
bus suis mille: et unusq̄sq;
sc̄dm suā bibebat etatem.
Precepit ergo iā temulent⁹
ut afferrent uasa aurea et
argentea. que asportauerat
nabuchodonosor pater eius
de templo qd̄ fuit in ihrl̄m:
ut biberent in eis rex et op
timates eius uxores q; eius
et concubine. Tūc allata
sūt uasa aurea que aspor
tauerat de templo qd̄ fuerat
in ihrl̄m: et biberūt ī eas rex
et optimates eius. uxores
et concubine eius. Bibebāt
uinū: et laudabāt deos su
os aureos et argenteos. et e
reos. ferreos ligneos q; et la
pideos. In eadē hora appa
ruerūt digiti quasi manus
hominis scribentis cōtra can

scribentis in superficie parietis aule regie: et rex aspiciebat articulos manus scribentis. Tunc regis facies commutata est. et cogitaciones eius perturbabant eum: et compages renum eius soluebantur: et genua eius ad seinuicem collidebantur. Exclamauit itaque rex fortiter: ut introducerent magos chaldeos et aruspices. Et proloquens rex ait sapientibus babilonis. Quicumque legerit scripturam hanc. et interpretacionem eius manifestam michi fecerit: purpura vestietur. et torquem auream habebit in collo: et tercius in regno meo erit. Tunc ingressi omnes sapientes regis: non potuerunt nec scripturam legere nec interpretacionem indicare regi. Unde rex balthasar satis conturbatus est et vultus illius inmutatus est: sed et optimates eius conturbabantur. Regina autem pro re que acciderat regi et optimatibus eius. domum conuiuij ingressa est: et proloquens ait. Rex in eternum viue. Non te conturbent cogitaciones tue: neque facies tua inmutetur. Est vir in regno tuo qui spiritum deorum sanctorum habet in se: et in diebus patris tui sciencia et sapiencia inuente sunt in eo. Nam et rex nabuchodonosor pater tuus principem magorum incantatorum chaldeorum et aruspicum constituit eum. Pater inquam tuus o rex. quia spiritus amplior et prudencia intelligentiaque. interpretacio sompniorum et ostensio secretorum ac solucio ligatorum inuente sunt in eo. hoc est in daniele: cui rex inposuit nomen balthasar. Nunc itaque danihel vocetur: et interpretacionem narrabit. Igitur introductus est danihel coram rege. Ad quem prefatus rex ait. Tu es danihel de filiis captiuitatis iude: quam adduxit rex pater meus de iudea. Audiui de te quoniam spiritum deorum habeas in

re: et scientia intelligentia q̃
ac sapientia ãpliores inuẽte
sunt in te. Et nũc introgressi
sunt in cõspectu meo sapiẽtes
magi ut scripturã hanc le
gerent. et interp̃tationẽ eius
indicarent michi: et nequi
uerũt sensũ sermonis huius
edicere michi. Porro ego au
diui de te q̃ possis obscura
interp̃tari: et ligata dissol
uere. Si ergo uales scriptu
rã legere et interp̃tationẽ eius
indicare michi: purpura
uestieris. et torquẽ aureã cir
ca collũ tuũ habebis: et ter
cius in regno meo p̃nceps
eris. Ad que respondens da
niel ait corã rege. Munera
tua sint tibi: et dona dom⁹
tue alteri da. Scripturã au
tem legã tibi rex: et interpre
tationẽ eius ostendã tibi. O
rex. deus altissimus regnũ
et magnificentiã. gloriã et
honorẽ dedit nabuchodono
sor patri tuo. Et p̃pter mag
nificentiã quã dederat ei: u
niuersi p̃pli. trib; et lingue

tremebant et metuebant eũ.
Quos volebat interficiebat.
et quos volebat p̃cuciebat:
et quos volebat exaltabat:
et quos volebat humiliabat.
Quando autẽ eleuatũ ẽ cor
eius et sp̃us illius obfirma
tus ẽ ad sup̃biã: deposit⁹ ẽ
de solio regni sui. et glã ei⁹ ab
lata ẽ: et a filijs hoĩm eiect⁹
ẽ. Sed et cor ei⁹ cũ bestijs po
situ ẽ: et cũ onagris erat ha
bitatio ei⁹. Feniũ q̃ ut bos cõ
edebat. et rore celi corp⁹ ei⁹ ĩfec
tũ est: donec cognosceret q̃
potestatẽ haberet altissi
mus in regno hoĩm. et quẽ
cũq; voluerit suscitabit su
per illud. Tu quoq; filius e
ius balthasar nõ humili
asti cor tuũ cũ scires hec om
nia: sed aduersũ dñatorẽ
celi eleuatus es. et uasa do
mus eius allata sũt corã te:
et tu et optimates tui et ux
ores tue. et cõcubine tue vi
nũ bibistis in eis. Deos q̃
argenteos et aureos et ere
os. ferreos ligneos q; et lapi

deos, qui nō vident neq͡ au
diūt neq͡ sentiūt laudasti.
Porro deū qui habet flatū
tuū in manu sua et omēs
vias tuas, nō glorificasti.
Idcirco ab eo missus ē ar
ticulus manus: que scrip
sit hoc qđ exaratū est. Hec
est autē scriptura que di
gesta est. Mane thechel pha
res. Et hec est interptatio ser
monis. Mane: numeravit
deus regnū tuū. et cōplevit
illud. Thechel: appensū est
in statera. et inventū est
minus habens. Phares:
divisū est regnū tuū. et da
tū est medis et persis. Tūc
iubente rege indutus ē da
nihel purpura. et circūda
ta est torques aurea collo
eius: et predicatū ē de eo qđ
haberet potestatē tercius
in regno. Eadē nocte inter
fectus est balthasar rex chal
deus: et darius medus suc
cessit ei in regnū. ānos na
tus sexagīta duos. Visio da
nihelis quīta. Caplm vi.

Placuit dario et cō
stituit supra reg
nū suū satrapas
centū viginti. ut essent in to
to regno suo: et sup eos
principes tres. ex quibz da
nihel unus erat: ut satra
pe illis redderent rationē.
et rex nō sustineret molesti
am. Igitur danihel supera
bat omēs principes et sa
trapas: quia spūs dei āpli
or erat in eo. Porro rex cogi
tabat cōstituere eū sup ōne reg
nū. Unde principes et satrape
querebant occasionē ut i
venirent danihel ex latere
regis. Nullāq͡ causā et sus
picionē repire potuerūt e
o qđ fidelis esset: et omnis
culpa et suspicio nō inve
niretur in eo. Dixerūt ergo
viri illi. Non inveniemus
danihel huic aliquā occasi
onē: nisi forte in lege dei su
i. Tūc principes et satrape
subripuerūt regi: et sic lo
cuti sūt ei. Dari rex in eternū
vive. Consiliū inierunt omnes

principes regni tui. magi-
stratus et satrape. senatores
et iudices. ut decretum impe-
ratorium exeat et edictum: ut
omnis qui petierit aliquam
petitionem a quocumque deo et
homine. usque ad dies trigin-
ta nisi a te rex: mittatur in
lacum leonum. Nunc itaque rex
confirma sententiam et scribe
decretum: ut non immutetur quod
statutum est a medis atque per-
sis: nec prevaricari cuiquam li-
ceat. Porro rex darius propo-
suit edictum et statuit. Quod cum
danihel comperisset. id est con-
stitutam legem ingressus est do-
mum suam: et fenestris apertis
in cenaculo suo contra ierusalem
tribus temporibus in die flec-
tebat genua sua et adora-
bat: confitebaturque coram
deo suo. sicut et ante facere
consueverat. Viri igitur illi
curiosius inquirentes inve-
nerunt danihelem orantem et ob-
secrantem deum suum: et acceden-
tes locuti sunt regi super edic-
to. Rex numquid non consti-
tuisti ut omnis homo qui rogaret
quemquam de diis et hominibus usque
ad dies triginta nisi a te
rex. mitteretur in lacum leonum?
Ad quod respondens rex ait.
Verus sermo iuxta decretum
medorum atque persarum: quod pre-
varicari non licet. Tunc respon-
dentes dixerunt coram rege. Da-
nihel de filiis captivitatis
iude non curavit de lege tua
et de edicto quod constitu-
isti: sed tribus temporibus per
diem orat obsecratione su-
a. Quod verbum cum audisset
rex: satis contristatus est. Et
pro danihele posuit cor ut
liberaret eum: et usque ad oc-
casum solis laborabat. ut e-
rueret illum. Viri autem illi in-
telligentes regem: dixerunt ei.
Scito rex. quia lex medorum
est atque persarum: ut omne de-
cretum quod constituit rex non
liceat immutari. Tunc rex pre-
cepit et adduxerunt danihe-
lem: et miserunt eum in lacum
leonum. Dixitque rex danihely.
Deus tuus quem colis semper:

ipse liberabit te. Allatusque
est lapis unus: et positus est
super os laci. Quem obsigna
vit rex anulo suo. et anu
lo optimatum suorum: ne quid
fieret contra danihelem. Et
abiit rex in domum suam. et
dormivit incenatus: cibique
non sunt illati coram eo: insu
per sompnus recessit ab e
o. Tunc rex primo diluculo
consurgens: festinus ad la
cum leonum perrexit. Appropin
quansque lacui. danihelem
voce lacrimabili inclama
vit: et affatus est eum. Da
nihel serve dei viventis:
deus tuus cui tu servis sem
per. putasne valuit libe
rare te a leonibus? Et dani
hel regi respondens ait.
Rex in eternum vive. Deus
meus misit angelum suum.
et conclusit ora leonum. et
non nocuerunt michi: qui
a coram eo iusticia inventa
est in me. Sed et coram te
rex delictum non feci. Tunc rex
vehementer gavisus est su
per eo: et danihelem prece
pit educi de lacu. Eductus
que est danihel de lacu: et nul
la lesio inventa est in eo:
quia credidit deo suo. Iuben
te autem rege adducti sunt
viri illi qui accusaverant
danihelem: et in lacum leonum
missi sunt. ipsi et filii et uxo
res eorum. Et non pervenerunt
usque ad pavimentum laci. do
nec arriperent eos leones:
et omnia ossa eorum comminu
erunt. Tunc scripsit rex dari
us universis populis tribubus
et linguis habitantibus in
universa terra. Pax vobis
multiplicetur. A me consti
tutum est decretum: ut in u
niverso imperio et regno meo
tremiscant et paveant
deum danihelis. Ipse est enim
deus vivens et eternus in
secula: et regnum eius non
dissipabitur: et potestas eius
usque in eternum. Ipse est libera
tor atque salvator faciens signa
et mirabilia in celo et
in terra: qui liberavit dani

hele de lacu leonum. Porro da-
nihel perseveravit usque ad
regnum darii: regnumque cyri per-
se. Visio danihelis vi. Ca-
Anno pitulum vii.
primo balthasar
regis babilonis:
danihel somnium vidit. Vi-
sio autem capitis eius in cu-
bili suo: et somnium scri-
bens brevi sermone compre-
hendit: summatimque perstrin-
gens ait. Videbam in visione
mea nocte: et ecce quatuor
venti celi pugnabant in
mari magno: et quatuor
bestie grandes ascendebant
de mari diverse inter se. Pri-
ma quasi leena: et alas ha-
bebat aquile. Aspiciebam do-
nec evulse sunt ale eius: et sub-
lata est de terra. Et super pedes
quasi homo stetit: et cor eius
datum est ei. Et ecce bestia ali-
a similis urso in parte ste-
tit: et tres ordines erant in
ore eius. et in dentibus eius prin-
cipes tres: et sic dicebant ei.
Surge comede carnes pluri-
mas. Post hoc aspiciebam:
et ecce alia quasi pardus. et
alas habebat avis quatuor
super se. Et quatuor capita e-
rant in bestia: et potestas
data est ei. Post hoc aspicie-
bam in visione noctis: et ecce
bestia quarta terribilis atque
mirabilis et fortis nimis:
Dentes ferreos habebat mag-
nos comedens atque comminu-
ens. et reliqua pedibus suis
conculcans. Dissimilis autem
erat ceteris bestiis quas vide-
ram ante eam: et habebat cor-
nua decem. Considerabam cornu-
a. et ecce cornu aliud parvulum
ortum est de medio eorum: et tri-
a de cornibus primis evulsa
sunt a facie eius. Et ecce oculi
quasi oculi hominis erant in
cornu isto: et os loquens in-
gentia. Aspiciebam donec thro-
ni positi sunt: et antiquus
dierum sedit. Vestimentum eius
quasi nix candidum: et capil-
li capitis eius quasi lana
munda. Thronus eius flamme
ignis: rote eius ignis accen-

sus. Fluuius igneus rapidus
que egrediebatur a facie eius. Mi
lia milium ministrabant ei: et
decies milies centena milia
assistebant ei. Judicium sedit:
et libri aperti sunt. Aspiciebam
propter vocem sermonum grandi
um: quos cornu illud loque
batur. Et vidi quoniam interfec
ta esset bestia. et perisset cor
pus eius. et traditum esset ad
comburendum igni: aliarum
quoque bestiarum ablata esset
potestas: et tempora vite con
stituta essent eis usque ad tempus
et tempus. Aspiciebam ergo in
visione noctis: et ecce cum nu
bibus celi quasi filius hominis
veniebat: et usque ad anti
quum dierum peruenit: et in con
spectu eius obtulerunt eum. Et
dedit ei potestatem et honorem
et regnum: et omnes populi tribus
et lingue ipsi seruient. Po
testas eius potestas eterna
que non auferetur: et regnum
eius quod non corrumpetur. Hor
ruit spiritus meus. Ego dani
hel territus sum in hiis: et visi

ones capitis mei conturbaue
runt me. Accessi ad unum de
assistentibus: et veritatem que
rebam ab eo de omnibus hiis.
Qui dixit michi interpretatio
nem sermonum: et docuit me.
Hee bestie magne quatuor.
quatuor regna consurgent
de terra. Suscipient autem reg
num sancti dei altissimi: et op
tinebunt regnum usque in seculum
et seculum seculorum. Post hoc
volui diligenter discere de bes
tia quarta que erat dissimi
lis valde ab omnibus et terribi
lis nimis: dentes et vngues
eius ferrei. comedebat et com
minuebat. et reliqua pedi
bus suis conculcabat: et de cor
nibus decem que habebat in
capite. et de alio quod ortum fu
erat. ante quod ceciderant tria
cornua: et de cornu illo quod
habebat oculos. et os loquens
grandia. et maius erat cete
ris. Aspiciebam et ecce cornu
illud faciebat bellum aduer
sus sanctos. et preualebat eis:
donec venit antiquus dierum

et iudicium dedit sanctis excel-
si: et tempus advenit. et reg-
num obtinuerunt sancti. et sic
ait. Bestia quarta regnum
quartum erit in terra. quod ma-
ius erit omnibus regnis: et de-
vorabit universam terram. et
conculcabit et comminuet eam.
Porro cornua decem ipsius reg-
ni. decem reges erunt. Et alius
consurget post eos. et ipse
potentior erit prioribus: et
tres reges humiliabit. Et ser-
mones contra excelsum loque-
tur et sanctos altissimi con-
teret: et putabit quod possit
mutare tempora et leges. Et
tradentur in manu eius us-
que ad tempus et tempora
et dimidium temporis. Et iu-
dicium sedebit: ut auferatur
potentia et conteratur. et dis-
pereat usque in finem. Regnum
autem et potestas et magni-
tudo regni que est subter
omne celum. detur populo sancto-
rum altissimi: cuius regnum
regnum sempiternum est: et om-
nes reges servient ei et obedi-
ent. Hucusque finis verbi. E-
go danihel multum cogitati-
onibus meis conturbabar:
et facies mea mutata est in
me. Verbum autem in corde me-
o conservavi. Visio danihe-
lis septima. Capitulum viii.

Anno tertio regni
balthasar regis:
visio apparuit
michi. Ego danihel post id
quod videram in principio: vi-
di in visione mea cum essem
in susis castro quod est in elam
civitate. Vidi autem in visi-
one esse me super portam ulai.
Et levavi oculos meos et
vidi: et ecce aries unus sta-
bat ante paludem habens cor-
nua excelsa: et unum excelsius
altero atque succrescens. Pos-
tea vidi arietem cornibus ven-
tilantem contra occidentem: et
contra aquilonem et contra
meridiem. Et omnes bestie non
poterant resistere ei: neque li-
berari de manu eius. Fecit-
que secundum voluntatem suam: et
magnificatus est. Et ego in-

bris numerū annorū. de quo
factus est sermo dn̄i ad ihe
remiā ꝓphetā: ut compleret
tur desolationis ih'lm sep
tuaginta anni. Et posui
faciē meā ad dn̄m deū meū
rogare et deprecari in ieiuni
is. sacco et cinere. Et oraui
dn̄m deū meū: et confessus
sum et dixi. Obsecro dn̄e de
us magne et terribilis: cu
stodiens pactū et misericor
diam diligentibꝫ te. et custo
dientibꝫ mandata tua. Pec
cauimus iniquitatē fecimus.
impie egimus: et recessimus
et declinauimus a mādatis
tuis ac iudiciis. Non obedi
uimus seruis tuis ꝓphetis
qui locuti sunt in nomīe tu
o: regibꝫ nr̄is. principibus
nr̄is. patribus nr̄is. omniq;
populo terre. Tibi dn̄e iusti
cia. nobis autē confusio
faciei: sicut est hodie uiro
iuda. et habitatoribꝫ ih'lm
et omni isrl' hiis qui prope
sunt et hiis qui procul in u
niuersis terris ad quas eieci

sti eos ꝓpter iniquitates eor.
in quibus peccauerūt in te
dn̄e. Nobꝫ cōfusio faciei. regi
bꝫ nr̄is principibꝫ nr̄is et patrib;
nr̄is q̄ peccauerūt: tibi aut̄
dn̄o deo nr̄o misericordia et
ꝓpiciacio: quia recessimus
a te. et non audiuimus uo
cem dn̄i dei nr̄i: ut ambula
remus in lege eius quā po
suit nobis per seruos suos
ꝓphetas. Et omnis isrl' pre
uaricati sunt legem tuā: et
declinauerūt ne audirent
uocem tuā. Et stillauit sup
nos maledictio et detestatio
que scripta est in libro moy
si serui dei: quia peccauim'
ei. Et statuit sermones su
os quos locutus est super
nos et sup principes nr̄os
qui iudicauerūt nos. ut su
perducerent in nos malū
magnū quale nūq̄ fuit sb
omni celo. secdm qd' factū
est in ih'lm: sicut scriptum
est in lege moysi. Omne ma
lum hoc uenit sup nos: et
non rogauimus faciē tuā

dn̄e deus nr̄. ut reuerteremur
ab iniquitatibȝ nr̄is. et co-
gitaremus ueritatē tuā. Et
uigilauit dn̄s sup malici-
am: et adduxit eam sup
nos. Iustus dn̄s deus nost'
in omnibȝ operibȝ suis que fe-
cit. Non enī audiuimus uo-
cem eius. Et nūc dn̄e deus
noster qui eduxisti ṗplm̄ tu-
um de terra egypti in manu
forti. et fecisti tibi nomen
sc̄dm diem hanc: peccaui-
mus iniquitatē fecimus do-
mine in omnē iusticiā tuā.
Auertatur obsecro ira tua
et furor tuus a ciuitate tua
ierlm̄: et monte sancto tuo.
Pter peccata enī nr̄a et ini-
quitates patrū nostrorū:
ierlm̄ et populus tuus in
opprobriū sūt omnibus per
circuitū nr̄m. Nūc ergo ex-
audi deus nost' orōnē ser-
ui tui et ṗces eius: et ostende
faciem tuā sup sanctuariū
tuū qđ desertū est. Pter te
metipm̄ inclina deus meus
aurē tuā et audi: aperi ocu-
los tuos et uide desolationē
nr̄am et ciuitatē sup quam
inuocatū est nomen tuū.
Neqȝ enī in iustificationibȝ
nr̄is ṗsternimus preces an-
te faciem tuā: sed in misera-
tionibȝ tuis multis. Exaudi
dn̄e: placare dn̄e: attende
et fac. Ne moreris ṗpter te
metipm̄ deus meus: quia no-
men tuū inuocatū est super
ciuitatē. et super populum
tuū. Cūqȝ adhuc loquerer et o-
rarē et cōfiterer peccata mea et pec-
cata ṗpli mei isrl'. ut ṗsternerē
preces meas in conspectu dei
mei pro monte sancto dei
mei: adhuc me loquēte in
oratione mea. ecce uir ga-
briel quem uiderā in uisio-
ne a principio cito uolans
tetigit me in tempore sacri-
ficii uespertini: et docuit me
et locutus est michi. Dixit-
qȝ. Danihel nūc egressus
sum ut docerē te et intellige-
res: ab exordio precū tuarū
egressus est sermo. Ego au-
tem ueni ut indicarē tibi:

quia vir desideriorū es. Tu
autē animaduerte sermo
nem: et intellige visionem.
Septuaginta ebdomades
abbreuiate sunt sup p̄plm̄
tuū et super vrbem sanctā
tuā: ut consumet² p̄uari
catio et finē accipiat p̄ctm̄.
et deleatur iniquitas. et ad
ducatur iusticia sempiter
na: et impleatur visio et
p̄phecia et vnguatur sanc
tus sanctorū. Scito ergo
et animaduerte ab exitu
sermonis. ut iterū edificetur
ih̄rlm̄. Usq; ad xp̄m ducē
ebdomades septē. et ebdoma
des sexaginta due erunt: et
rursū edificabitur platea.
et muri in angustia tempo
rum. Et post ebdomadas
septuaginta duas occidetur
xp̄c: et non erit eius popu
lus qui eū negaturus est.
Et ciuitatē et sanctuariū
dissipabit populus cum
duce venturo. Et finis eius
vastitas: et post finē belli.
statuta desolatio. Confir
mabit autē pactū multis
ebdomada vna. Et in di
midio ebdomadis deficiet
hostia et sacrificiū: et in
templo erit abhominatio
desolationis: et usq; ad cō
summationē et finem perse
uerabit desolatio. Visio da
nihelis. Capitulū decimū
Anno tercio regni
cyri regis persarū:
verbū reuelatū
ē danihel. cognomento
balthasar. Et verū verbū:
et fortitudo magna. Intel
lexitq; sermonē. Intelligē
cia est enī opus in visiōe.
In diebus illis: ego dani
hel lugebam triū ebdoma
darū diebus. Panē deside
rabilem non comedi. et ca
ro et vinū non introierūt
in os meū: sed neq; vn
guento vnctus sum: donec
complerentur triū ebdoma
darū dies. Die autē vicesi
ma et quarta mensis pri
mi: eram iuxta fluuium
magnū qui est tigris. Et

leuaui oculos meos et vi
di: et ecce vir unus vesti
tus lineis. et renes eius ac
cincti auro obrizo: et cor
pus eius quasi crisolitus.
et facies eius velut species
fulguris. et oculi eius ut
lampas ardens: et brachi
a eius et que deorsum usque
ad pedes quasi species eris
candentis: et vox sermonum
eius ut vox multitudinis.
Vidi autem ego danihel solus
visionem. Porro viri qui erant
mecum non viderunt: sed ter
ror nimius irruit super eos.
et fugerunt in absconditum.
Ego autem relictus solus. vi
di visionem grandem hanc: et
non remansit in me forti
tudo. Sed et species mea im
mutata est in me. et emarcu
i: nec habui in me quic
quam virium. Et audivi vocem
sermonum eius: et audiens
iacebam consternatus su
per faciem meam: vultusque
meus herebat terre. Et ecce
manus tetigit me. et erexit

me super genua mea. et super
articulos manuum mearum:
et dixit ad me. Danihel vir
desideriorum intellige verba
que ego loquor ad te: et sta
in gradu tuo. Nunc enim
sum missus ad te. Cumque dix
isset michi sermonem istum. ste
ti tremens: et ait ad me. No
li metuere danihel. quia ex
die primo quo posuisti cor
tuum ad intelligendum ut te
affligeres in conspectu dei tu
i. exaudita sunt verba tua:
et ego veni propter sermones
tuos. Princeps autem regni
persarum restitit michi viginti et uno
diebus. Et ecce michael unus
de principibus primis ve
nit in adiutorium meum: et
ego remansi ibi iuxta regem
persarum. Veni autem ut doce
rem te que ventura sunt
populo tuo in novissimis
diebus: quoniam adhuc vi
sio in dies. Cumque loqueretur
michi huiuscemodi verbis:
deieci vultum meum ad terram
et tacui. Et ecce quasi simi

litudo filii hominis tetigit
labia mea. Et aperiens os
meum locutus sum: et dixi ad
eum qui stabat contra me.
Domine mi in visione tua dis
solute sunt compages mee:
et nichil in me remansit vi
rium. Et quomodo poterit
servus domini mei loqui cum
domino meo? Nichil enim in me
remansit virium: sed et ali
tus meus intercluditur.
Rursum ergo tetigit me qua
si visio hominis: et confor
tavit me et dixit. Noli ti
mere vir desideriorum. Pax
tibi: confortare et esto ro
bustus. Cumque loqueretur
mecum: convalui et dixi.
Loquere domine mi: quia con
fortasti me. Et ait. Numquid
scis quare venerim ad te?
Et nunc revertar: ut preli
er adversum principem
persarum. Cum ego egrede
rer: apparuit princeps
grecorum veniens. Verum
tamen annunciabo tibi.
quod expressum est in scrip
tura veritatis. Et nemo est
adiutor meus in omnibus
hiis: nisi mychael prin
ceps vester. Capitulum xi.

Ego autem ab an
no primo darii
medi stabam:
ut confortaretur et robo
raretur. Et nunc veritatem
annunciabo tibi. Ecce ad
huc tres reges stabunt in
perside: et quartus ditabi
tur opibus nimiis super
omnes. Et cum invaluerit
divitiis suis: concitabit
omnes adversum regnum
grecie. Surget vero rex for
tis et dominabitur potesta
te multa: et faciet quod
placuerit ei. Et cum steterit
conteretur regnum eius. et
dividetur in quatuor ven
tos celi: sed non in poste
ros eius: neque secundum poten
ciam illius qua dominatus
est. Lacerabitur enim regnum
eius. etiam in externos: exceptis
hiis. Et confortabitur
rex austri: et de principibus

eius preualebit super eum:
et dn̄abitur ditione. Mul
ta eni dominatio eius. Et
post finem annorū federa
buntur. Filia quoque regis austri
ueniet ad regem aquilōis
facere amicitiā: et nō ob
tinebit fortitudinē brachij:
nec stabit semē eius. Et tradet
ipā et qui adduxerunt eā
adolescentes eius: et qui cō
fortabant eam in tempo
ribus. Et stabit de germi
ne radicū eius plantatio.
Et ueniet cū exercitu et ingre
dietur prouinciā regis a
quilonis: et abutetur eis
et obtinebit: insuper et deos
eorū et sculptilia. uasa quo
que preciosa argenti et auri
captiua ducet in egiptum.
Ipse preualebit aduersū re
gem aquilonis. Et intra
bit in regnū rex austri: et
reuertetur ad terrā suam.
Filij autē eius prouocabun
tur: et congregabūt mul
titudinē exercituū pluriō
rum. Et ueniet properans

et inundans: et reuertetur et
concitabitur. et congredie
tur cum robore eius. Et p
uocatus rex austri egredie
tur. et pugnabit aduersū
regem aquilonis: et prepa
bit multitudinē nimiā.
Et dabitur multitudo in
manus eius. et capiet mul
titudinē: et exaltabitur cor
eius. et deiciet multa milia:
sed non preualebit. Conuer
tetur enī rex aquilonis. et p
parabit multitudinē multo ma
iorē quam prius: et in fine tēporum
annorū quoque ueniet properans
cum exercitu magno et o
pibus nimijs. Et in tem
poribus illis multi consur
gent aduersū regem austri.
Filij quoque preuaricatorū
populi tui extollentur: ut
impleant uisionē et corru
ent. Et ueniet rex aquilōis
et comportabit aggerem.
et capiet urbes munitissimas:
et brachia austri non susti
nebunt. Et consurgent e
lecti eius ad resistendū: et

non erit fortitudo. Et faciet
veniens super eū. iuxta pla-
citū suū: et non erit qui
stet contra faciem eius. Et
stabit in terra inclita: et cō-
sumetur in manu eius. Et
ponet faciē suā ut veniat
ad tenendū uniuersū regnū
eius: et recta faciet cum eo.
Et filiam feminarū dabit
ei ut euertat illud: et non
stabit nec illius erit. Et cō-
uertet faciem suā ad insu-
las multas: et cessare faciet
et principē opprobrij sui:
et opprobriū eius conuer-
tetur in eum. Et conuertet
faciem suā ad imperiū ter-
re sue: et impinget et corru-
et. et non inuenietur. Et
stabit in loco eius vilissimus
et indignus decore regio:
et in paucis diebus conte-
retur non in furore nec in
prelio. Et stabit in loco eius
despectus: et non tribuetur
ei honor regius. Et ueniet
clam et obtinebit regnum
in fraudulentia: et brachi-
a pugnantis expugnabū-
tur a facie eius et conteren-
tur. insuper et dux federis.
Et post amicicias cum eo
faciet dolū: et ascendet et su-
perabit in modico popu-
lo. Et habundantes et ube-
res urbes ingredietur: et fa-
ciet que non fecerunt patres
eius. et patres patrū eius.
Rapinas et predam et diui-
cias eorū dissipabit: et cō-
tra firmissimas cogitatio-
nes consiliū inibit. Et hoc
usqꝫ ad tempus. Et concita-
bitur fortitudo eius: et cor
eius aduersū regem austri
in exercitu magno. Et rex
austri prouocabitur ad bel-
lum multis auxilijs. et for-
tibus nimis: et non stabūt
quia inibunt aduersum
eum consilia. Et comeden-
tes panē cum eo conterent
illū: exercitusqꝫ eius oppri-
metur: et cadent interfecti
plurimi. Duorū quo-
qꝫ regū cor erit ut malefa-
ciant: et ad mensā unam

mendacium loquentur. Et
non proficiet: quia ad
huc finis in aliud tempus.
Et revertetur in terram suam
cum opibus multis: et cor e
ius adversum testamentum
sanctum: et faciet et reverte
tur in terram suam. Statu
to tempore revertetur et ve
niet ad austrum: et non erit
priori simile novissimum.
Et venient super eum trieres
et romani et percutietur:
et revertetur. et indignabi
tur contra testamentum
sanctuarii et faciet: rever
teturque et cogitabit adver
sum eos qui dereliquerunt
testamentum sanctuarii. Et
brachia ex eo stabunt: et
polluent sanctuarium forti
tudinis. Et auferent iuge
sacrificium: et dabunt ab
hominationes in desola
tionem: et impii in testa
mentum simulabunt frau
dulenter. Populus autem
sciens deum suum. obtinebit
et faciet. Et docti in populo
docebunt plurimos: et ru
ent in gladio et in flamma
in captivitatem. et in rapi
nam dierum. Cumque corruerint
sublevabuntur auxilio par
vulo: et applicabuntur e
is plurimi fraudulenter.
Et de eruditis ruent ut con
flentur. et eligantur et dealben
tur usque ad tempus prefini
tum: quia adhuc aliud tem
pus erit. Et faciet iuxta
voluntatem suam rex: et ele
vabitur et magnificabitur
adversum omnem deum: et
adversum deum deorum loque
tur magnifica: et diriget
donec compleatur iracun
dia. Perpetrata est quip
pe diffinitio. Et deum patrum
suorum non reputabit. Et
erit in concupiscentiis femi
narum: nec quemquam deorum
curabit: quia adversum
universa consurget. Deum
autem maozim in loco suo
venerabitur: et deum quem
ignoraverunt patres eius
colet auro et argento et

lapide precioso rebus qꝫ pre
ciosis. Et faciet ut muniat
maozim cum deo alieno
quē cognovit. Et multipli
cabit gloriā: et dabit eis
potestatem in multis: et ter
ram dividet gratuito. Et
in tempore prefinito prelia
bitur adversū eū rex austri:
et quasi tempestas veniet
contra illū rex aquilonis.
in curribus et in equitibꝫ
et in classe magna. Et in
gredietur terras et conteret
et ptransiet. et introibit
in terrā gloriosā: et mul
te corruent. Hee autē sole
salvabūtur de manu eius:
edom et moab et principiū
filiorū amon. Et emittet
manū suā in terras: et ter
ra egypti non effugiet. Et
dn̄abitur thesaurorū au
ri et argenti: et in omnibꝫ
preciosis egypti. Per lybiā
quoqꝫ et ethiopiā trāsibit.
Et fama turbabit eū ab
oriente et ab aquilone: et
veniet in multitudine mag
na ut conterat et interfici
at plurimos. Et figet tab
culū suū apedno inter ma
ria sup montē inclitū et
sanctū: et veniet usqꝫ ad
summitatē eius: et nemo au
xiliabitur ei. Caplm xii.

In tempore autē illo
consurget mychael
princeps magnus.
qui stat pro filiis ppli tui:
et veniet tempus quale nō
fuit ab eo quo gentes esse
ceperunt usqꝫ ad tempus
illud. Et in tempore illo sal
vabitur pplus tuus: omnis
qui inventus fuerit scrip
tus in libro. Et multa de hiis
qui dormiūt in terre pulve
re evigilabūt: alii in vitā
eternā: et alii in obprobriū
ut videant semper. Qui au
tem docti fuerint fulgebunt
quasi splendor firmamenti.
et qui ad iusticiā erudiūt
multos quasi stelle in ppe
tuas eternitates. Tu autem
danihel claude sermones: et
signa librū usqꝫ ad tempus

statutū. Pertrāsibūt pluri
mi: et multiplex erit sciē
tia. Et vidi ego danihel: et
ecce quasi duo alii stabāt.
unus hinc sup ripā flumi
nis. et alius inde ex altera
ripa fluminis. Et dixi viro
qui indutus erat lineis: q
stabat sup aquas fluminis.
Usquequo finis horū mira
biliū? Et audivi virū qui
indutus erat lineis. qui sta
bat sup aquas fluminis: cū
levasset dexterā et sinistrā
suā in celū et iurasset per
viventē in eternū: quia in
tempus et tempora et dimi
diū temporis. Et cū comple
ta fuerit dispersio manus
populi sancti: complebuntur
universa hec. Et ego audi
vi: et non intellexi. Et dixi.
Dñe mi quid erit post hec?
Et ait. Vade danihel: quia
clausi sūt signatique sermo
nes usque ad tempus prefini
tum. Eligentur et dealbabū
tur: et quasi ignis proba
buntur multi. Et impie a

gent impii: neque intelligent
omnes impii. Porro docti
intelligent. Et a tempore
cū ablatū fuerit iuge sacri
ficiū. et posita fuerit abho
minatio in desolationē: di
es mille ducenti nonagin
ta. Beatus qui expectat: et
pvenit usque ad dies mille
trecentos triginta quinque. Tu
autē vade ad prefinitū et
requiesces: et stabis in sorte
tua in fine dierū. Hucusque
danihelē in hebraico volu
mine legimus. Cetera que
sequūtur usque ad finē libri
de theodotionis editione trās
lata sunt. Capitulum xiii.

Et erat vir habi
tans in babilo
ne: et nomē eius
ioachim. Et accepit uxorē
nomine susannā. filiā hel
chie: pulchrā nimis et ti
mentē dñm. Parentes autē
illius cū essent iusti: erudi
erunt filiā suā sed'm legē
moysi. Erat autē ioachim
dives valde: et erat ei po

meriū uicinū domui sue. Et
ad ipm̄ confluebant iudei:
eo qđ esset honorabilior om
niū. Et constituti sūt duo
senes iudices in anno illo
de quibꝫ locutus est dn̄s. q̄
a egressa est iniquitas de
babilone. a senibus iudi
cibus qui uidebantur regē
pplm̄. Isti frequentabant do
mū ioachim: et ueniebāt
ad eos omnes qui habebāt
iudicia. Cū autē pplūs re
uertisset per meridiē: ingre
diebatur susanna et deam
bulabat in pomerio uiri
sui. Et uidebant eam senes
cotidie ingredientē et deam
bulantē: et exarserūt in cō
cupiscentiā eius. Et euerte
runt sensū suū: et declina
uerūt oculos suos ut non
uiderent celū neqꝫ recordaren
tur iudiciorū iustorū. Erāt
ergo ambo uulnerati amo
re eius: nec indicauerunt
sibi uicissim dolorē suum.
Erubescebant enī indicare
sibi concupiscentiā suā: uo
lentes concūbere cū ea. Et
obseruabant cotidie sollici
cius uidere eam. Dixitqꝫ al
ter ad alterū. Eamus domū:
quia prandii hora est. Et
egressi recesserūt a se. Cūqꝫ
reuertissent: uenerūt in unū.
Et sciscitantes ab inuicem
causā: confessi sūt concupi
scentiā suā. Et tūc in cōmu
ne statuerūt tempus: quā
do eam possent inuenire so
lam. Factū est autē cum ob
seruarent diem aptū: ingres
sa est aliquando sicut heri
et nudiustercius cū duabꝫ
solis puellis: uoluitqꝫ la
uari in pomerio. Estus qp̄
pe erat. Et nō erat ibi quis
qm̄: preter duos senes abscō
ditos et contemplantes eā.
Dixit ergo puellis. Afferte
michi oleū et smigmata:
et ostia pomerii claudite
ut lauer. Et fecerūt sicut p
ceperat. Clauseruntqꝫ ostia
pomerii: et egresse sūt per
posticū ut afferent que
iusserat. Nesciebantqꝫ senes

nanus esse absconditos. Cum
autē egresse essent puelle: sur
rexerūt duo senes. et accurre
rūt ad eā et dixerūt. Ecce os
tia pomerij clausa sūt. et ne
mo nos uidet: et in cōcupis
centia tui sumus. Quobrem
assentire nobis: et cōmiscē
nobiscū. Quod si nolueris: di
cemus testimoniū contra
te q̄ fuerit tecum iuuenis
et ob hanc causā emiseris
puellas a te. Et ingemuit
susanna: et ait. Angustie
michi sunt undiq;. Si eñ
hoc egero mors michi est: si
autē non egero. nō effugiā
manus u̅ras. Sed melius
michi est absq; opere incide
re in manus u̅ras: q̄ pecca
re in conspectu dn̄i. Et excla
mauit uoce magna susan
na. Exclamauerūt autē et
senes aduersus eā. Et cucur
rit unus: et aperuit ostia
pomerij. Cū ergo audissēt
clamorē in pomerio famu
li domus: irruerūt per posti
cū. ut uiderent quid nam

esset. Postq̄ autē senes lo
cuti sūt. erubuerūt serui ue
hementer: quia nūq̄ dict9
fuerat sermo huiuscemodi
de susāna. Et facta est dies
crastina. Cūq; uenisset pp̄ls
ad uirū eius ioachim: ue
nerūt et duo p̄sbiteri pleni
iniqua cogitatione aduer
sū susannā. ut interficerent
eā. Et dixerūt corā pp̄lo. Mit
tite ad susannā filiā helchi
e. uxorem ioachim. Et statī
miserūt. Et uenit cū paren
tibus et filijs: et uniuersis
cognatis suis. Porro susā
na erat delicata nimis: et
pulchra specie. At iniqui il
li iusserūt ut discooperire
tur: erat eñ cooperta: ut
uel sic saciarentur decore e9.
Flebant igitur sui: et omēs
qui nouerant eā. Consur
gentes autē duo presbiteri
in medio pp̄li: posuerūt ma
nus sup caput eius. Que
flens suspexit ad celū. Erat
eñ cor eius fiduciā habēs
in dn̄o. Et dixerūt p̄sbiteri.

Cum deambularemus in po-
merio soli: ingressa est hec cum
duabus puellis. et clausit os-
tia pomerii: et dimisit pu-
ellas. Venitque ad eam adoles-
cens qui erat absconditus:
et cum ea concubuit. Porro
nos cum essemus in angulo po-
merii. videntes iniquitatem cu-
currimus ad eos: et vidimus
eos pariter commisceri. Et illum
quidem non quivimus comprehen-
dere quia fortior nobis erat:
et apertis ostiis exilivit. Hanc
autem cum apprehendissemus: inter-
rogavimus quisnam esset ado-
lescens: et noluit indicare
nobis. Huius rei testes sumus.
Credidit eis multitudo quasi
senibus populi et iudicibus: et con-
dempnaverunt eam ad mortem. Ex-
clamavit autem voce magna
susanna: et dixit. Deus eter-
ne qui absconditorum es cog-
nitor qui nosti omnia ante-
quam fiant: tu scis quoniam falsum
contra me tulerunt testimo-
nium. Et ecce morior: cum nichil
horum fecerim que isti malici-
ose composuerunt adversum
me. Exaudivit autem dominus vo-
cem eius. Cumque duceretur ad
mortem: suscitavit deus spiritum
sanctum pueri iunioris. cui no-
men danihel. Et exclamavit
voce magna. Mundus e-
go sum a sanguine huius. Et
conversus omnis populus ad eum.
dixit. Quis est iste sermo quem
tu locutus es? Qui cum staret
in medio eorum. ait. Sic fatui
filii israel non iudicantes ne-
que quod verum est cognoscentes:
condempnastis filiam israel? Re-
vertimini ad iudicium: quia fal-
sum testimonium locuti sunt ad-
versus eam. Reversus est ergo po-
pulus cum festinatione. Et
dixerunt ei senes. Veni et sede
in medio nostrum. et indica no-
bis: quia tibi dedit deus ho-
norem senectutis. Et dixit ad
eos danihel. Separate illos
ab invicem procul: et diiudica-
bo eos. Cum ergo divisi essent
alter ab altero: vocavit unum
de eis. et dixit ad eum. Invete-
rate dierum malorum. nunc ve-

uenerunt peccata tua que ope-
rabaris prius. iudicans iu-
dicia iniusta. innocentes oppri-
mens et dimittens noxios:
dicente domino. innocentem et ius-
tum non interficies. Nunc ergo
si vidisti eam: dic sub qua ar-
bore videris eos loquentes si-
bi. Qui ait. Sub cino. Dix-
it autem danihel. Recte men-
titus es in caput tuum. Ecce e-
nim angelus dei accepta sen-
tentia ab eo: scindet te medium.
Et amoto eo. iussit venire
alium: et dixit ei. Semen cha-
naan et non iuda species de-
cepit te: et concupiscentia sub-
vertit cor tuum. Sic faciebatis
filiabus israel: et ille timentes lo-
quebantur vobis: sed non
filia iuda sustinuit iniquita-
tem vestram. Nunc ergo dic mihi
sub qua arbore comprehenderis
eos loquentes sibi. Qui ait.
Sub prino. Dixit autem ei da-
nihel. Recte mentitus es et tu
in caput tuum. Manet enim an-
gelus domini gladium habens
ut secet te medium: et interficiat

at vos. Exclamavit itaque
omnis cetus voce magna: et
benedixerunt deum qui salvat
sperantes in se. Et consurrexe-
runt adversum duos presbiteros:
convicerat enim eos danihel ex
ore suo. falsum dixisse testimo-
nium. Feceruntque eis sicut male
egerant adversum proximum. ut
facerent secundum legem moysi:
et interfecerunt eos. Et salva-
tus est sanguis innoxius in
die illa. Helchias autem et
uxor eius laudaverunt deum
pro filia sua susanna cum
ioachim marito eius. et cog-
natis omnibus: quia non est in-
ea inventa res turpis. Dani-
hel autem factus est magnus
in conspectu populi: a die illa
et deinceps. Capitulum xiiii.

Et rex astrages ap-
positus est ad pa-
tres suos: et susce-
pit cyrus perses regnum eius.
Erat autem danihel conviva
regis: et honoratus super om-
nes amicos eius. Erat quo-
que ydolum nomine bel apud

babilonios. Et impendebā-
tur in eo per singulos dies
simile arthabe duodecim:
et oues quadraginta: vini
q; amphore sex. Rex quoq;
colebat eū: et ibat per sin-
gulos dies adorare eū. Por-
ro danihel adorabat deum
suū. Dixitq; ei rex. Quare
non adoras bel? Qui respō-
dens ait ei. Quia nō colo
ydola manufacta: sed vi-
ventē deū qui creavit celū
et terrā: et habet potestatē
omīs carnis. Et dixit ad
eū rex. Non tibi videtur esse
bel vivens deus? An nō vi-
des quanta comedat et bi-
bat cotidie? Et ait danihel
arridens. Ne erres rex. Iste e-
nim intrinsecus luteus est.
et extrinsecus ereus: neq; com-
edit aliquādo. Et iratus rex
vocavit sacerdotes eius: et
ait illis. Nisi dixeritis michi
quis est qui comedat impē-
sas has: moriemini. Si autē
ostenderitis qm̄ bel come-
dat hec: morietur danihel.

quia blasphemavit in bel.
Et dixit danihel regi. Fiat
iuxta verbū tuū. Erant au-
tem sacerdotes bel septua-
ginta: exceptis uxoribus et
parvulis et filiis. Et venit
rex cū danihele in templum
belis. Et dixerunt sacerdotes
belis. Ecce nos egredimur
foras: et tu rex pone escas
et vinū misce: et claude os-
tiū. et signa anulo tuo. Et cū
ingressus fueris mane nisi
inveneris omīa comesta a
bel. moriemur: vel danihel
qui mentitus est adversū
nos. Contempnebant autē
quia fecerant sub mensa
absconditū introitū: et per
illū ingrediebantur semp̄
et devorabant ea. Factū est
igitur postq̄ egressi sunt
illi. et rex posuit cibos an-
te bel: precepit danihel pueris
suis et attulerunt cinerē. et
cribravit per totū templū
corā rege. Et egressi clause-
runt ostiū: et signantes anu-
lo regis abierunt. Sacerdotes

autē ingressi sunt nocte iuxta consuetudinē suā et vxores et filii eorū: et comederunt omnia et biberunt.

Surrexit autē rex primo diluculo: et danihel cū eo. Et ait rex. Salua ne sunt signacula danihel? Qui respōdit. Salua rex. Statimqȝ cum aperuisset ostiū: intuitus rex mensā. exclamauit voce magna. Magnus es bel: et non est apud te dolus quisquā. Et risit danihel: et tenuit regem ne ingrederetur intro. Et dixit. Ecce pauimentū. Animaduerte cuius vestigia sunt hec. Et dixit rex. Video vestigia virorū et mulierū et infantiū. Et iratus rex tunc apprehēdit sacerdotes et vxores et filios eorū: et ostenderunt ei absondita ostiola per que ingrediebantur. et cōsumebant que erant sup mensā. Occidit ergo illos rex: et tradidit bel in potestatē danihelis. Qui subuertit eū. et templū eius. Et erat draco magnus in loco illo: et colebant eum babilonii. Et dixit rex daniheli. Ecce nunc non potes dicere: quia non est iste deus viuens. Adora ergo eum. Dixitqȝ danihel. Dominū deū meū adoro: quia ipse est deus viuens. Tu autem rex da michi potestatē: et interficiā draconē absqȝ gladio et fuste. Et ait rex. Do tibi. Tulit ergo danihel picem et adipē et pilos. et coxit pariter: fecitqȝ massas et dedit in os draconis: et disruptus est draco. Et dixit. Ecce quē colebatis. Quod cū audissent babilonii. indignati sunt vehementer: et cōgregati aduersum regem dixerunt. Iudeus factus est rex. Bel destruxit: draconē interfecit: et sacerdotes occidit. Et dixerunt cū venissent ad regem. Trade nobis danihelē: alioquin interficiemus te et domū tuā.

Vidit ergo rex qđ irruerent
in eū vehementer: et necessi
tate compulsus tradidit
eis danihelē. Qui miserunt
eum in lacū leonū: et erat
ibi diebꝫ sex. Porro in la
cu erant septē leones: et da
bantur eis cotidie duo cor
pora et due oues. Et tunc
non sunt data eis: ut devo
rarent danihelē. Erat autē
abacuc ꝓpheta in iudea: et
ipse coxerat pulmentū et
intriuerat panes in alueo
lo ~~suo~~: et ibat in campū
ut ferret messoribus. Dixit
qꝫ angelus dn̄i ad abacuc.
Fer prandiū quod habes
in babilonē danieli: qui
est in lacu leonū. Et dixit
abacuc. Dn̄e babilonem
non vidi: et lacū nescio.
Et apprehendit eū angelus
dn̄i in vertice eius: et por
tauit eum capillo capitis
sui: posuitqꝫ eū in babilo
ne super lacū in impetu
spiritus sui. Et clamauit
abacuc dicens. Danihel
serue dei tolle prandiū qđ
misit tibi deus. Et ait dani
hel. Recordatus es mei
deus: et non dereliquisti di
ligentes te. Surgensqꝫ da
nihel comedit. Porro ange
lus dei restituit abacuc cōfes
tim in loco suo. Venit ergo
rex die septima: ut lugeret
danihelem. Et venit ad la
cum. et introspexit: et ecce
danihel sedens in medio le
onum. Et exclamauit rex
voce magna dicens. Mag
nus es domine deus dani
helis. Et extraxit eum de la
cu. Porro illos qui perdi
tionis eius causa fuerant
